petram. et ideo est stabilis. Scriptum est enim 1. cor. 13. Ca-
ritas omnia suffert omnia credit omnia sustinet. Undecimo 11. fit ardens

Caritate et in inimicos bene faciens congregat carbones super
caput eius. Anima vero ipse posset talia caritate agere in
esse fervens caritatis igne / totiens ergo opera sua erga
eum multiplicat. quo ignis divine caritatis ipsum de frigore
in ardorem ducit / cuius fervencius incendit et tunc dicitur caritas
fervencius ardens. de qua in cantico Luc. 24. Nonne cor nostrum
·12· Bulliens ardens erat in nobis. Duodecimo. Hic ardor totiens et tam
diu continuatur quod ab homine vehementer ignito et inflammato
non solum sudorem educit. sed etiam de incendio fumum et va-
porem quasi de olla bulliente emittit / et tunc caritas
dicitur bulliens. Unde in Job. capitulo 41. De naribus eius fumus pro-
cedit sicut olle succense atque fervientis. Si aliquem placeat
hanc caritatem bullientem precedentem ponere / posset hoc facere
hic vel alia ponere. Nam prius est fervens quod fit in caritate
bulliente quam ardere quod fit in caritate ardente. Huius pro
exemplum accipi / quia ligna tunc primum sunt apta ardendo luci-
dam emittere flammam quando prius in eis igne fervore humiditas
est extracta et viriditas est consumpta. Sic anima perfervientes
lacrimas caritate bulliente gratias a corde pro peccatis purgatum /
et perfervorem caritatis sublimiorem concipit excitatam. Tercio
·13· magnifice desiderans decimo. Ex magno ardore et vehementi inflammatione cari-
tatis divine exurgit desiderium fervencius intensum ad deum
quod omne aliud desiderium expellit quod sibi non deservit /
et sic caritas non transit in statum altiorem. et incipit no-
men magnifice et fervencius desiderans. Sicut Daniel vir desi-
deriorum dicitur quia magnum et fervidum ut populus captivitate
·14· Alte deside- liberaretur habuit desiderium. Quartodecimo. Huiusmodi fervidum
rans desiderium si fuerit continuatum inflammabitur et ascendet in altum
non quiescens donec attingat altissimum desideratum. Ideo in de-
siderio anime dicit cum Job. Quis det ut desiderium meum audi-
at omnipotens / tunc dicitur caritas alte desiderans secundum spon-
·15· violenta sam. sed melius alte ascendens. Quintodecimo. Anima sic sursum
per desiderium tracta et elevata est violentata non enim a principio
sue nature intrinseco sic ascendit et celum seu celestia ca-
pit / Caritas ergo desuper infusa hoc agens dicitur violenta
quia qui habent violenti dici possunt. de quibus in Matheo. xi.
·16· dicitur. Regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud /
vulnerans Sextodecimo. Dum ergo desiderio summi dilectoris anima sic

patitur et vincatur rapitur et trahitur quod suo desiderio resistere
non valet quam vulneratur caritate que iaculo suo ignito penetra-
retur transfigebat et medullitus penetrat in tantum quod desiderium
suum estum cohibere non valeat quin per aliqua signa ut puta
per profundos gemitus et alta suspiria manifestet se vulnera- ·17·
tam quasi dicat vulnerata caritate ego sum. Decimo septimo Inquietans
mens sic vulnerata dilectum querit per vicos et plateas sic dicens
Num quem diligit anima mea vidistis et quia pro voto ipsum
non invenit et suo desiderio resistere non sufficiat ideo non quiescat
sed vias dilectionis quietis impaciens multiplicat vices inqui-
sicionis respiciens omnes vias per quas sperat se posse invenire
quem diligit. et quia caritas eam ut querat impellit ideo
secundum illum actum et respectum hoc nomen inquietans acce-
pit. Augustinus libro x. confessionum dicit Inquietum est ·18·
domine cor meum donec quiescat in te. Decimo octavo diligens Impaciens
ex amore quiescens et dilecti ex amore oblivisci non valens
dum actiones et vices inquisicionis multiplicaverit et eum
quem diligit anima eius non invenerit quidquid sibi accidit
intollerabile aut inutile dicit quod suo desiderio deservire non
cernit sicut quandam tediose expectacionis prorumpit
impacienciam non tamen vituperabilem sed laudabilem quasi
cogitaret illud Job vi. que est fortitudo mea ut sustineam
aut quis finis meus ut paciens agam quasi dicere per deo
meo obtinendo impaciens non immerito fio. Sic igitur tantus ·19·
impacienciam habet suam. Decimo nono Impaciencia hec ex desi-
derio invalescente homo inconsolabiliter plorat et gemit Insaniens
consilium non recipit racionem non acquiescat et nullam consolacionem
admittit immo quidquid pro consolacione ei exhibetur abhorret
est despicabile aut minus gratum sicut tristicia respuit ac
quietem. nec vitam curat custodire. oblivioni propriam stulte
agit et insanire. hec est enim stulticia mundi et efficitur homo
de illorum numero de quibus dicent filii huius seculi in die
novissimo. hii sunt quos in derisum habuimus vitam eorum
reputabamus insaniam et finem sine honore ecce quomodo
inter filios dei computati sunt etc. In libro sapiencie. Sic ergo ·20·
caritas insanientes nominat. Vicesimo consequenter quia nostro Dulcis
perseveranter querit importune pulsat et petit dominus
dum eum multis laboribus quesitus se invenire permittat ac pati

se gustari quam suavis sit/ tunc spiritus super mel dulcis animam
intrat sedentem in tenebris et in umbra mortis/ visitat.
letificat et delectat/ unde ipsa proclamat illud eccli xxiij.
Nichil dulcius quam respicere in mandata domini etc. psalmus. Quam
magna multitudo dulcedinis tue domine quam abscondisti timen
tibus te. ex talibus dulcedinum missionibus/ adeo dilectionibus
caritas dulcis nominatur/ unde a sapiente quodam dicitur Eccli
xl. Vinum et musica letificant cor et super utraque suavius
21 Avida dilectio sapientie. Vicesimo primo Dominus suavis et mitis
principio suam exhibens delectabilem cum tenera pietate mox e
labitur quia non venit ad manendum sed affectum irritandum
ut queratur ardentius et avidius/ Sumus itaque dominum sicut que
situs cum lacrimis et laboribus non statim invenitur [illegible] sed eius
inveniendo differtur ut in maiori gaudio inveniatur melius
custodiatur et strictius teneatur. Esuriens ergo anima ista ex
citata et affectu irritata ex gustu dulcedinis divine querit
anima magis assidue. et cum maiori aviditate dominum quam homo
valde avarus preciosum [illegible] effodere thezaurum unde cari
22 Insaciabilis tas dicitur avara. Vicesimo secundo Venit sponsus dominus cum vigiliis et
obsecrationibus cum ymbre lacrimarum et ardius laboribus dominum
cum fervienti desiderio anime quesitus/ se patitur itum apprehen
di et gustari sed adhuc non dum retineri/ Quia cito avolat
suam subtrahens presenciam in anima maiorem quam prius famula
tur post se esuriem. hoc tociens vicissim assiduat et anime
multiplicatus esuriem ac desiderium excitat. quousque esuries tan
ta fiat quod saciari non valeat. Unde dilectum querit incessanter
ut ipsum habeat sicut desiderium saciantem. sed quamvis quodque eo
nata fine saciatatem hic finaliter non obtinebit. nec esuries
sedatur sed irritatur/ ideo caritas insaciabilis nuncupatur.
23 Languens Vicesimo tercio Quia tam avido amoris desiderio satisfieri non
potest plene eo quod sit insaciabile. quandoque eum cessat ad se
sumus remedium seu saciletatis hoc desiderium in esuriente angu
mentum. Ideo amans fit amens sic corpore deficit et corde tha
besatur ei sunt xpus est et mori lucrum. cupit dissolvi et
esse cum xpo. unde dicitur illud. Canticorum v. filie ierusalem nunciate di
lecto quia amore langueo. sic caritas languens appellatur
cum caritas amens seu deficiens saciatur. Vicesimo quarto
24 Inebrians Caritas sic desiderium adducens corporis vires infirmat/ sed vires

anime corroborant / que dilectum continuo invitat dicens / Revertere re-
verte dilecte mi similis es hynulo capreeque cervorum super montes
bethel. Qui licet fervens desideratus solet venire et non permittere
animam desiderio suo frustrari / et tanto uberius eam interna
iocunditate reficit / quanto perfectius caritas eius in anima omnem
alium affectum exclusit sensualitatemque spiritui subiungit. Et non so-
lum carnis delicias sed et consolationes quodammodo necessarias
penales et aliquas abhominabiles facit. Sub hoc statu dominus
dilectus animam esurientem et sitientem visitans bonis suis sa-
ciat et sua suavitate spiritum inebriat ad quandam ebrietatem spiritus
animam sibi carissimam invitat in canticis dicens. Bibite ami-
ci et inebriamini karissimi. Et dominus per prophetam sermonem dicit. Inebri-
abo animas sacerdotum pinguedine. Exsurgit spiritus ebrietate caritas
dicitur inebrians. Vicesimo quinto. Anima inebriata efficitur fortis ·24· Locupletans
et audax fiducialis constans ut mente excedat spiritu celum seu ditans
penetret et inde bona afferat per que suam copiam relevet
hinc continue excedit et egreditur tamdiu donec quam ebria
efficitur quod ex ebrietate non solum se non reputet transitorium
indigere sed penale est sibi habere / et fugiens solacium /
tormentum et obprobria ac paupertatem querit pro amore
illius quem diligit / talibus et consimilibus spiritualibus divicijs
dominus promisit se locupletaturum diligentes se. Unde in libro
Proverbiorum 8. In viis iusticie ambulo et in medio semitarum
iudicij ut ditem diligentes me et thesauros eorum repleam /
hinc caritas locupletans seu ditans dicitur. Vicesimo sexto. ·26· Exhilarans
Anima ex caritate ditata dote bona sive magna spiritus bona
exhilaratur / in conscientia sentiens se in tantum deum amare quod
libenter vult. Ipse enim despectum omne dampnum et quodcumque
supplicium sustinere habet fiduciam quod secure posset levare
ad deum faciem suam et sperare se amplius non deficere.
Ex hoc quoque magnum concipit gaudium. Unde in proverbiis est
scriptum / Secura mens quasi iuge convivium sit. Quia caritas
eam exhilarat faciem eius oleo unctionis gracie divine
qua inungitur. Ideo caritas exhilarans appellatur. Vicesimo ·27·
septimo. Spiritualibus delicijs repletur anima sepe exprimi nescit Scatens vel
bonis in tantum quod dulcedo in anima superhabundans sensi- scaturiens
tur et effluit interior quod ex hoc sepius dilatatur et aperitur /

sunt autem tot scaturigines quot ipsum non solum cor sed totum corpus
repletum dulcedine et hoc totum exterioritate oritur / Ideo sca-
·28· Superaffluens tens vel scaturiens nominatur. Vicesimo octavo hec cari-
tas scatens crescens fit superaffluens que non solum in se
habundat sic spiritualibus deliciis et diviciis que sunt tam
delectabiles odorifere et in tantum saciative ac superhabundantes
quod caritatis dulcedo non solum in totum corpus effluens se diffun-
dit sed etiam ad alios proximos ad quos actus dilectionis sue
cum magna suavitate se extendit quos etiam valde fer-
tis diligit / Hec caritas ut patebit multos de precedentibus
et sequentibus gradibus includit / habet enim in se suavem bonam
·29· Sapiens referentem et congratulativam et superaffluentem. Vicesimo nono
homo ex caritate superaffluente incaucius affluens posset de-
venire ex spiritus ebrietate aut aviditate nimis ieiunando vi-
gilando aut alia quecunque ardua super vires aggrediendo /
si non regularet se sapienter et discrete / Ideo necessarium est
quod adiungatur precedentibus caritas sapiens tamquam nomine [illegible]
hec est discretio que est custos moderatrix virtutum / que secundum
Richardum in libro de maiore contemplacione vix vel sero
oritur. Desine dicit apostolus .1. Cor. iii. Siquis vult sapiens esse
stultus fiat ut sit sapiens / et hanc deus prestat humilibus
in Ps. Sapientiam prestans parvulis. Hec secundum sapientem Salo-
monem sapientia melior est quam vires vincit maliciam
·30· Insuperabilis et ea nichil est locupletius que operatur omnia. Tricesimo
Ideo ex discretionis moderamine caritas proficit in stabilitatem
insuperabilem et bene insuperabilis nominatur / quia nulla
carnis mundi aut malignorum caliditate errore vel persuasione
seducitur nec aliqua mundi delectatione nec carnali affectione
neque qualibet hostili impugnatione superatur / Animus quia
spiritu dei agitur et sapientia infallibili regitur / etiam quia mundum
vicit / amorem parentum prolis et uxoris transcendit / et
propriam vitam in odium convertit. Sciens auctoritate domini. Qui odit
animam suam in hoc mundo in vitam eternam custodit eam /
·31· Infatigabilis· Tricesimo primo Cum caritas sit effecta insuperabilis fit con-
sequenter infatigabilis / Quia nec dampna rerum. dolores
infirmitatum. amores amicorum non curat. quia caritas pa-
ciens est et benigna secundum apostolum Ideo est / quia dulcor caritatis
ipsum sic confortat ut ad omnem iniuriam hylarescat / ardorque caritatis

ipm in desiderium sursum elevans ad bona instigat dicens omnia
possum in eo qui me confortat. Tricesimo secundo consequenter Inseparabilis
caritas coniungit animam deo ita fortiter et intime quod facilius esset
eam a proprio corpore quam a deo sibi dilecto separari cum quo unus
efficitur spiritus. Ideo cum apostolo dicit ad Ro. viii°. Quis nos
separabit a caritate Christi tribulacio an angustia an fames
an nuditas etc. In multis enim aliis subdit. Certus sum quia
neque mors neque vita etc. poterit nos separare a caritate dei ·33·
que est in Christo Ihesu domino nostro. Tricesimo tercio Si caritas facta Inamissi-
est inseparabilis a diligente erit eciam inamissibilis ex bilis
amoris fortitudine. Novit enim omnia sustinere. Scit esurire
et sitire, penuriam pati et superhabundare. Potest ergo
dicere cum sponsa illud Canticorum Inveni quem diligit anima 34
mea, tenui nec dimittam donec introducam in domum matris
mee et in cubiculum genitricis etc. Tricesimo quarto In pri- Inmortalis
oribus consequenter gradibus homo excellenter est mundo cri-
mini et viciis mortificatus, sed quasi nunc resurgit ex mor-
tuis. Iam mors scilicet Christus illi ultra non dominabitur quod enim vivit
vivit deo. Quomodo enim posset mori qui a deo cuius vita cum
inseparabiliter est coniunctus non valet separari. Efficitur ergo cari- ·35·
tas in hoc gradu quodam modo inmortalis. Tricesimo quinto Excellentissima
consequenter caritas per multos gradus ascendit et excellentem magna
magnitudinem acquisivit per quam homo redditur impassibilis
et inmortalis. Etiam iniurias non sentit. Omnibus caritatiue li-
benter se impendit, omnibus inimicis et amicis omnia fuit cum
apostolo ut omnes lucrifaciat. In sua dilectione ex ardoris mag-
nitudine quodammodo nescit modum servare sicut homo audet
se pro fratribus mori ponere et quodammodo deo opponere ut apostolus
Ro. ix. Optabam enim ipse pro fratribus anathema esse. Et moyses
qui petivit populo noxam dimitti aut se de libro vite deleri
et quia facit hominem ultra hominem presumere potest non incongrue ·36·
caritas excellenter magna appellari. Tricesimo sexto Cordis
et ultimo caritas divina efficitur cordis effractiua. Et hec est effractiua
ab effectu sic nominata. Caritas siquidem consequenter in tantum sui vi-
goris incrementum suscepit quod iam vires corporis excedit tam
intensum acquisivit ardorem per quem tandem humorem con-
sumet radicalem. Cor et eius vires intantum tendet et exten-
det quod ipsum corrumpet et confringet nature scintillam extinguet

et gratie ignem vehementer accendet vitam tue gratie tam magnam
addicet que vitam nature extinguet et ad vitam glorie anime
perducet Quam nobis concedet ihesus dei filius qui viuit et
regnat. Amen. Hic aliquorum sanctorum dictorum ratio assignatur et
9 Hic est diligenter quedam caritati omnia recitantur capitulum ij
ad intelligendum quare caritas dicatur immortalis inseparabilis
inseparabilis inamissibilis etc. Non enim dicitur inseparabilis aut
inamissibilis hac ratione quia non est amissibilis a viatore qui
habet liberum arbitrium vertibile hoc namque non est sentiendum
quia liberum arbitrium quod est iterum per caritatem propter vertibilitatem
suam potest inclinari ad cupiditatem et se adeo auertere hoc facto caritas
amittitur et desinit esse Caritas enim non potest subsistere nisi deo
gratiam gratum facientem influente et libero arbitrio gratiam sus-
cipiente quando autem homo per liberum arbitrium se adeo auertit tunc
gratiam dei non suscipit propterea caritas suum esse habere et ideo
1 habescit. Dicitur autem caritas inseparabilis etc vel inamissi-
bilis propter eius in subiecto radicationem fortitudinem et perfectionem
nam licet caritas incipiens et prouecta possit separari separari
et amitti caritas tamen perfecta inseparabilis inamissibilis
et cetera est dicta quia non est secundum aliquos perfecta sine fi-
nali perseuerancia de tali caritate dicit apostolus ro. 8. Certus
2 sum quia nemo potest etc vel caritas perfecta dicitur immortalis in-
separabilis etc quia licet sit separabilis etc numquam tamen se-
parabitur nec amittetur quia secundum apostolum caritas non excidet
habet enim fundamentum immobile scilicet christum et adiutorium
immutabile scilicet spiritum sanctum. sed nullus firmitatem fundamenti
3 infirmare potest nec similiter deum adiutorem separare Et si alicui
hoc non placuerit dicitur quod ideo sit caritas inseparabilis vel inse-
parabilis etc quia valde difficulter separatur et cetera sicut
peccatum in spiritum sanctum irremissibile dicitur quia valde difficulter
4 remittitur hoc est vix quando dimittitur impunitum vel quia inclinat
mentem hominis ad eliciendum tales actus ut illa caritas di-
catur inseparabilis que inclinat mentem ad eliciendum tales
actus ut numquam velit separari quantacumque tribulacionis inamis-
sibilis que inclinat ad timendum de perdicione eius et ad
custodiendum se ab omnibus per que caritas amittatur et cum
dubium quando dicuntur omnes equalem in omnibus caritatem ha-
bentem vnius inclinacione diuina vel gratia potest mediante sua

caritate ad istos actus se conferre et alius ad alios. Et sicut in conci-
cives si tales habitus licet in natura similes vel equales sorciantur
diversa nomina secundum diversitatem actuum ab ipsis procedencium
sicut artifex et si multas artes sciat ab illa tamen communiter
nominatur quam exercet. Porro caritates quo ad singulas vel nomina
[illegible] si alicui non placuerit meliorem vocabulum et alium
ordinem assignare poterit. Hec autem hec scripta pro materia
ad meliorandum illa que ex caritate perfecta sume sponse sunt
revelata et hoc ex dilectione faciat sincera. Nec parvipen-
dat lector convenienciam caritatum virtualem neque estimet ee
in vilem nominum predictorum multiplicacionem cum illa ei sint ab
eterna sapiencia revelata et quasi omnia a suis doctoribus expressa
quorum eciam diversam videat perspicuitatem et adhuc plura
sciunt quam exprimere valuit. Unde missa addito suo .C. dixit pl-
ura caritatum nomina tibi iam iam ante expressa sunt ad-
huc innumera alia caritatum nomina que sacra nondum exprimunt scri-
ptura/ que eciam nescio dicere nisi dominus instruxerit me.
Scio tamen plures quam expressi caritates variasque consola-
ciones ac caritatum pocula quas et que sunt eius domino
communicat et propinat. ¶ Et sub[illegible] est eciam sciendum quod
quelibet dictarum caritatum habet speciale poculum singularem saporem
et specialem efficit ebrietatem. Nec aliqua nominatarum caritatum
propinat/ totaliter tale poculum quale alterum propinatur.
Nempe quociens dominus spiritum sanctum suum cum aliquot caritatibus
vel puta duabus tribus quatuor aut pluribus caritatibus
homini mittit tot pocula ille homo bibit et sapit. Hoc
tamen non semper cognitive sentit. ¶ Hec vero ego in-
frequenter sensi. Et dominus eciam docuit quando cum una aut
pluribus caritatibus ei spiritum sanctum misit. Et quando de una ca-
ritate in aliam transivit et quando plures simul suas exercebat
operaciones vel quando una earum quievit altera vero ege-
[illegible] de spiritus sancti missione evidencius apparebit. ¶ P-
mordia caritatis sponse dixit dominus hec sunt. ¶ Primum 1
tu ex desiderio aspirasti me multociens unde mora expecte-
tandi usque mane ad videndum me in sacramento eukaristie
erat tibi valde amara et tediosa. ¶ Secundum delectabiliter 2
audisti verbum dei et de me loqui. ¶ Tercium cum intenso 3
desiderio libenter suscepisti me in sacramento eukaristie.

x. ¶ Quantum precia magnifice considerasti etiam tu scis qualiter tibi
in hiis erat / et hec alius homo me diligens habere eciam
debet. ¶ Preterea dominus inquit. Si aliquem diligis et ille te re-
diligit hic dilectionis actus tibi spiritualem graciam acquirit
et ad e. Sic homo qui cordialiter deum diligit ille plus
est diligendus quam omnes homines deum non diligentes
Porro bonum opus factum ex amore longe plus placet
michi deo quam idem actum ex timore. Ideo si homo ex
timore principaliter misereri anime sue / hunc scito te nunquam
posse minus misereri anime tue. Unde quid tibi non aliud
tribuo ad agitudinem tue debes me diligere et forciter flendo
misereri anime tue cum non potes minimo misericordior esse /
¶ Cum quamquam ad alios debes eciam ~~expell~~ existere misericors
illius bonum quale eis largiri impeciendo / quod tibi tribuo
hoc enim est meum non tuum. Quippe si multa habes bona
corporalia tuis laboribus iuste acquisita in tanta copia quod
posses aliis impertiri tue non oportet te pauperibus sed pro so-
lummodo lacrimari / me vero ordinaui quod non habes bona
corporalia ut pro aliis eciam sis sollicita / nec debes aliquando
retrahi flere pauperibus si eos fortasse indignos perspexeris /
aut orare aut fletibus tuis se indignificare cognoueris
Nam si se fecerint indignos laborem tamen non erit infructuosus
quia redibit ad te talis ¶ Hec domino dicente Ista vidit
patrem lacrimarum illo die proquibus deum effusam ad se mira
amicabilitate redire quasi amicus in tentum ad animam
pastulum et amplexum. Et addit dominus quicunque tibi
caritate aliquid fecit. Hoc frustra non erit aliquis
eum remuneracionis pro illo abstinebit / quia non tibi sed
michi hoc fecit precari debes flendo fideliter orare ¶ Am-
plius qui vere et magnifice alium diligit illum non cre-
det pro illo facere opus quantumcumque grauius. Et hoc est
signum dilectionis vere quod homo pro homine laborans ex
amore ex amore sudat stringit / flet fortiter. omnes venas
suas tendit viriliter et petit me fideliter pro eo. Cum post
hoc multa pro eo egerit quem diligit adhuc molestari et
tunc debebit quod minimis modicum egit vnumquod sollicite
habebit tunc. quod talia pro illo faciendo bona. eidem ma-
li irrogent hec estimacio ex amore oritur magno ¶ Hec

sponsa audiens cognomen vere hanc estimacionem se
frequenter habuisse circa aliquos quos in xpo sincerius
diligebat et pro quibus sic prius frequenter laborabat ¶
Postremo tria sunt consideranda que omni caritati sunt
communia ¶ Primum cuiuslibet generis amoris pondus sive 1.
inclinacionis ad spiritualia ac celestia et penale cuiuslibet
inclinacionis pondere qua homo inclinatur ad diligendum
temporalia · de necessitate enim salutis est quod amor dei preferatur
cuilibet alteri diligibili ac dileccionem ¶ Secundum deum di- 2.
ligens vere diligit eum propter se · ideo nichil exigitur
ab eo tamquam mercedem · quia si tali aliquo indiguerit deus
addiciet promisit dicens · primum querite regnum dei et iusticiam
eius et hec omnia adicientur vobis ¶ Tercium genus 3.
amoris est proprium ex interna dileccione transitoria in qualitate
insipiditate vite · ideo inter amorose inclinatur est cum tempora-
libus se occupare aut in eis delectari et se adeo aliter
vellet enim integre deo adherendo eius perfrui suavi-
tate · Et licet sit sibi penale cum transitoriis occupari
fert tamen pacienter absolucionem a temporalibus expectare
non seu penaliter impaciencia prius accidit in hac vita ¶ Con-
sequenter est dicendum copiosius de aliquibus caritatis gra-
dibus et primo de caritate inappreciabili · Capitulum decimum · de 3.
caritate inappreciabili

In primo itaque gradu caritas inappreciabi-
bilis seu incomparabilis sic incognite collocatur · Quia vere
dileccionis dei in finitis gradibus sine quo nullus salvatur
est ut nichil supra deum vel contra aut equaliter deo
diligatur saltem appreciative · et hoc est inappreciabiliter deum
diligere · Matthei x · Qui amat patrem aut matrem plus quam
me non est me dignus · hoc enim non potest intelligi gradu-
acione vel qualitercumque dileccione · quia dileccione concupiscencie
multi parentum intensius afficiuntur ad parentes quam ad deum
non solum in sua amore dileccionis · sed eciam per amorem
dileccionis qui sunt tali capaces · alias oporteret eos deus
dicere quod ipsi essent pro hoc extra caritatem et dampnandi
eo quod parentes suos plus diligunt intensive · dileccione ut
dixi concupiscencie quam deum ¶ Dixi autem hunc gradum carita-
tis quo deus appreciative inappreciabiliter et incomparabiliter diligi-
tur esse gradum caritatis infimum et de necessitate salutis / quia

sine illo nullus salvatur. ceterum infans vinus dici qui sine ad
minus necessario debet habere in habitu caritatis si non in actu
que parvulis infunditur in baptismo / et deficit necessitate
dilectionis dei. I. Joh. iii. Qui non diligit manet in morte /
¶ porro homo habens caritatem inspiciabilem tenetur conari pro
loco et tempore ut possit in caritate proficere et de gradu in gra-
dum ascendere iuxta illud domini preceptum Mt. xxii. Diliges
dominum deum tuum ex toto corde tuo. ex tota anima. ex tota mente
tua et ex omnibus viribus tuis ¶ possumus siquidem hanc
1 caritatem secundum tres gradus distinguere ¶ primus qui ho-
alia adeo diligit propter aliquas utilitates. quibus tamen
deum in dilectione preponit hoc modo licet velit si posset
simul ambo habere. s. deum et rem aliam. Attamen
si deberet unum dimittere adhereret deo et dimitteret rem aliam quan-
tumcumque preciosam aut dilectam Sicut dicitur Sap. vii. preposui illam
s. sapientiam increatam regnis et sedibus et divicias ni-
chil esse duxi in comparatione illius / non dicit simpliciter nichil
sed in comparatione et subditur ibi / nec comparavi illi lapidem
2 preciosum super salutem et speciem dilexi illam ¶ Secundus
gradus huius caritatis inspiciabilis est quando quis nullam
rem diligit nisi propter deum et ideo vult quod ad eas nichil
afficiatur propter eas / sed solum ex obediencia dei percipiens eis
vel ex hoc quod iuvant vel dirigunt ad deum / et nisi hoc
esset nichil eas curaret. neque desideraret et huius probacio
ex hoc apparet quia omnia non necessaria propter deum relinquit
Tales erant apostoli qui dixerunt Mt. xix. Ecce nos reliqui-
mus omnia et secuti sumus te / quibus responsum est per dominum
Omnis qui reliquerit domum aut agrum aut fratres etc. cen-
3 tuplum accipiet ¶ Tercius gradus est quando quis habet tedium
et penam quando se debet cum exterioribus rebus occupari vel eis
uti cibo. potu. vestitu calefactione etc. et est sibi magis
in gaudium ab eis abstrahi et eorum penitus oblivisci /
sicut fecit apostolus qui dicit ad Phil. iii. Omnia arbitratus
sum ut stercora. Qui non solum res exteriores non desidera-
nt sed horrent et fugiunt ¶ Est tamen sciendum quod primus
huius caritatis gradus ad salutem est simpliciter necessarius / ita
quod sine illo non sit salus. Alii autem duo gradus videlicet secundus
et tercius de perfectione sunt caritatis non simpliciter de necessitate salutis

Hos tamen tres gradus hec dei amabilis amatrix in magna
perfectione habuit evidenter. ¶ Nam sicut ex libro vite eius 1.
apparet nunquam de temporalibus rebus sollicita fuit, sed dominus eam a sol-
licitudine transitoriorum preservavit sibi bona possint meliora
Summum autem incomparabiliter plus dilexit quam res creatas ¶ Secundo 2.
quando adhuc in inicio languide desiccabat ymo realiter
aliquociens languebat ut rebus transitoriis tricieret et nimia
pauper et contempta esset ¶ Tercio ad tantum gradum transitorias 3.
res huius et carnis consolaciones recipere sibi erat penale.
vestes quoque preciosas et pepla subtilia et in extremita-
tibus reticulata. Ac pallia plicata habere sibi erat abhomina-
bile et penale ·De forti caritate· Capitulum ·iiij· ·2·

Valde fortis eius caritas fuit pro quanto aggressa est ter-
ribilia et ardua et pacienter pertulit horribilia et
amara. Non tibi videtur tam terribile quam horribile se
ipsam frequenter vulnerare aliasque crucifigiciones et exercicia
agere, de quibus supra in libro vite eius varia genera sunt scripta
horribilia supplicia. Hec aggredi et paciens perferri nullo
preter caritatem inducente utique cum magna caritatis procedit for-
titudine. Fortis ergo satis est eius caritas in agendo vigilias ie-
iunia oraciones et talia virtutum opera. Forcior vero in aggrediendo
libenter ex amore exercicia et vulnera que non solum pacienti sed etiam
cogitanti terrorem et quendam horribilacionem inducunt. Sed for-
tissima fuit non solum pacienter et libenter, sed etiam gaudenter
paciendo non solum ista que ipsa sibi intulit, sed etiam singula
alia que adversitate ab homine aut a deo sibi fuerunt illata per-
severanter per multorum annorum curriculum cum gaudio pertulit
quamque acerrima ac preterea vulnera cottidie usque ad finem
vite sue afflicta fuit amare. Signum autem est et maioris
signum fortitudinis mala et amara gaudenter tollerare quam
ardua et difficilia agere. Unde glosa super illo Johannis ·xx·
et ducet te quo tu non vis. Supple secundum sensualitatem dicit
Quantacumque sit violencia vincit eam vis amoris. Probacio
enim dilectionis exhibicio est operis, sed validior est probacio susti-
nencia tribulacionis ¶ Rursus ad caritatis eius fortitudinem
declarandam facit quod pluralitatem vicissitudinem se promisit in dei ser-
vicio impedire. Que mundi gloriam et consolacionem fugiens
paupertatem et contemptum dilexit, iniciciam, certitudinem et

mortem non timuit / Erat ergo fortis ut mors dilectio eius que
omnem carnis et mundi concupiscentiam occidit / et mortem non timens /
sed ut veniret ipsam cum desiderio invitavit / permultos siquidem
annos sibi vita presens erat in tedio / sed cum omni paciencia. et
mors in desiderio quia ex amoris fortitudine cum apostolo concupivit
dissolvi et esse cum christo. Fuit eciam dura ut infernus eius
emulacio / quia sicut infernus quos semel cepit amodo non
dimittit ultionem que de singulis peccatis usque ad ultimum qua-
drantem expetit / Sic ipsa ex zelo iusticie permunitissime
culpas suas graviter arguit / Dominum quem semel diligere ce-
pit ab emulacione sua nunquam dimisit. nec dimittet / quia
caritas secundum apostolum .j. cor. xiij. nunquam excidet. De caritate

Caritatis igne licet fervente ardente. Capitulum quintum

dei amatrix semper caluit fortiter fervida extitit
et multocies tota ignita per incendio arsit cum ardor sit in-
tensus fervor / sicut fervor intensus calor a fervente
ardore caritas fervens ardens nomen accepit / Ex cuius
ardore quidem nimis fuit afflicta quasi ignis est in grossa
materia qui plus adurit et affligit quam ille ignis qui est
in materia subtili vel rara / Sic ardor eius fuit sibi quidem
plus quam nimis afflictivus / et alias erat dulcis et delectabi-
lis et tamen suaviter arsit et dulces lacrimas effudit ar-
dorem siquidem huius caritatis ex divino colloquio frequenter sus-
citabat quia sermo eius ignitus est. Domino eciam loquente
anima eius liquefiebat cor dilatabatur consciencia serenabatur
quelibet potencia anime fortificabatur / spiritus eius levis et
agilis reddebatur sursum ferebatur. et cum domino deo unus
spiritus efficiebatur / recte sicut unum fit ex carbone et igne /
ubi caro ab igne non potest faciliter discerni. Porro ex hac
caritate fervente intensa largiter sudavit. ut si fuisset in
balneo valde fervido. fortiter flevit eciam consuevit plus
ex amore quam ex timore. Denique secundum hanc caritatem e-
rat fabulosa et fecunda ut frequenter. Orabat suppliciter.
blandiebatur et regraciabatur. Et quia crescente ardore
lux flammea erupit et splendor sepe erumpebat. Unde
ipsa in hac caritate fuit sepe multum illuminata letificata
et delectata. Rursus ex nimio amoris ardore cor eius
sepe salijt impetuose plures nisi refrenatum fuisset per-

aliquando adeo ei datum defecit/ aliquando sibi sic fuit ac si
flamma ignita in cor eius diffusa fuisset/ tunc non valuit pre
nimio amoris ardore ob aliquid adorandum aut loquendum/
hinc aliquando permansit usque ad finem missarum quod non dum perfe
cerat nisi suam orationem quam solebat ex solito post officio ma
tutino. hoc tamen raro accidit. sed tunc in contemplatione boni
tatis divine alienis suspensa permansit. ¶ Amplius huius cari
tatis ardore multociens in toto corpore ita super calefacta fuit quod
suspirando et manibus ventilando refrigerium quaeritavit/
aliquando per quatuor horas in vento sedit et adhuc nimis
fervida in alterum diem permansit. Fuitque in asperrimis hye
mis algoribus frigus non sensit. aliis de nimio frigoris
rigore conquerentibus aut loquentibus apparuit sibi aer ita cale
factus sicut in aestate. Unde quadam vice dum propter excessum
frigoris carbones unum portaverunt in ecclesia sacerdotibus
celebrantibus de altari ad altare permansit calefactione
dixit dominus. Ecce quomodo isti faciunt sibi ignem apportari
nonne videtur tibi quod sis in aura estivali. Etiam pluries
in hyeme prae nimio aestu ut se refrigeraret se loca
vit super lapidem frigidum/ ex eadem causa brachia et pe
des denudavit et ad lapides frigidos collocavit ¶ Anno
etiam in hyeme ultima post qua erat magna algoris in
clementia. semper ex caritate fuit calefacta in corpore et anima
et qualiter sensit in quatuor locis in se flammam cir
penitus ascendere hoc est supra libro iiii c. xxxviii et
libro v c. xviii descriptum et hic non inconveniens repeten
dum. ¶ Postremo est sciendum quod ex hac caritate ipsa de
siderabat multa ardua aggredi et perficere. ob hoc amplexi
ebatur et lacrimabatur amare quod non valuit dominum ita in
tense diligere sicut agere et sancte vivere quemadmodum cog
novit se merito debere. Cui dominus. Homo qui ante hac
caritate fuit incensus hic non credit prae me magnos labo
res agere nec oportet illum ociosum incedere sed multum la
borare. Facile est primitiando dicere. caritas fervens et ardens
sed valde pauci sunt qui vere illam gustaverunt. Hanc
caritas fervens ardens bonum tam magnum ac fructuo
sum demonstratur esse quod hoc non valet plene aliquis mor
talium enarrare ¶ Quippe quantum dominus habet dilectionem

suam caritatis ardor incanduerit nullus ut estimo tunc
tum enarrare posset. Cuius tamen sca qua ibat ignee caritatis
vehementer ignita videntibus et audientibus illa evidens
perhibuerunt testimonium / hoc enim quod in scripto hic legitur est
respectu illius velud mortuum ¶ Nempe in statu caritatis
huius feruide. Beata hec quoque aliquos homines diligebat valide in
veritate sencium quia hoc non fecerat antea in tanta excel-
lencia / Dum ergo esset in timore dei / dominus dixit ei Tu de-
bes illos diligere et cor tuum feruet ardens refrigerare /
si hoc non faceres infra tempus modicum rumperetur cor tuum / At
illa dum hoc extitisset sepe timuit sollicite tanta ne sibi
dilecto esset imputabilis. Cui dominus. Non sit tibi molestum
quod ad illos tam intensum oportet te habere dilectionis affectum /
Ego namque vna cum dilecta mea mecum sto inter illos et te
et volo vtique semper magis dilectus esse / nec aliquam geras
sollicitudinem quod vmquam inter me et te permittam aliquam
creaturam superiorem esse vel a me amatam ante nimis tenere
dilectam. Beata hoc audiens multum in domino consolata gratias
egit. Sequitur. De caritate bulliente. capitulum vj.

6. Caritas bulliens oritur cum caritas ferventer ardens ad
quedam vehementiorem ardorem et confractum iam animum fer-
ventius incendit ac fortius vrit / Sepe itaque retentes
et continuo se ipso interior rediens pariter vices anime
iam emollitam confringebat atque ardoris sui magnitudine
cor et corporis quasi decoquens sibi subiectum. Hinc post
de corde ferviens anhelitus et de toto corpore sudor feruidus
et hij scilicet de ore naribus et corpore huius Beate tamquam
vapor magnus de olla bulliente videbantur ascendere /
membra et vires eius tendebantur labore / totum latus fie-
bat et dilatabatur ardore et singula membra corpolen-
ta et quasi farta apparebant repleta dulcore ¶ Porro in
huius caritatis statu sepe fuit inflammata ita feruide quod
tam intensum ardorem vix valuit ferre / largos habuit
fletus et sanctos effundens lacrimas que ita feruentes
et ita multe erant quod crebrius oculos et genas eius offen-
debant / Hee feruentes lacrime non solum de anima eius omnem
pecti in immundiciam eiecerunt / sed etiam ipsam abysmo purgan-
tes vicia mortificaverunt. videlicet pravitate animalium et

difficultate ad bonum verte sicut ab aqua bulliente pigmus
ardorem omnis eius in iudicia extrahit/ sursum ducit
eiat et consumit. Nempe ardens desiderium ita fortiter
trahebatur adeo in altum quod ex amoris ac desiderii tractibus
tota arripuit dolor magnus et ad mortem agonizando ve-
nius tendere quam in vita permanere/ similiter multotiens ex-
stasis sit immutata quasi non esset ipsa sed mulier altera
quasi nova. Et quamvis in talibus imitationis actibus mul-
tum fuerat afflicta ipsa tamen pro statu et actu huius amoris non
accepisset ingentia bona. quia ipsa existente in gradu
tali poterat magnifice deum diligere et contemplari ei fir-
miter adherere et intime uniri. ad talem autem unionem
aptabatur propter huiusmodi caritatis bullitionem sicut cibus ut
carni nostre uniatur decoquitur et per decoctionem in mutatum
ut fiat digestibilis et consequenter per digestionem carni uni-
bilis. Sic anima per caritatis bullitionem decoquebatur de-
cocta in melius est mutata et quodammodo cum divino
sunt aptata. Talem modum loquendi sed beatus Bernardus in
sermone lxxi super cantica dicens. Manducor cum arguor
deglutior cum instruor. decoquor cum immutor. digeror cum
transformor/ unior cum conformor/ Nolite mirari hoc et
manducat nos deus et manducatur a nobis. hoc modo ar-
tius illi astringimur non sane aliter illi perfecte unimur. hec
Bernardus. ¶ Sciendum quod licet hec domina in hoc statu caritatis con-
templaretur deum magnifice hoc tamen primo erat perceptibiliter
et eminenter quasi per vaporem et in nube desiderans autem
deum facie ad faciem aspicere. eius accendebatur desiderium dicens
Illumina domine faciem tuam super servum tuum et ancillam tuam

De caritate desiderativa et eius triplici differentia · capitulum vii^m^ ·1·

Caritas desiderativa ex hiis orta est in triplici differentia/
quam aliqua est parva et alia magna/ et tercia est alte
desiderativa. Per primam hec domina presencie et alius remisse desi-
derabat/ et precibus domini instetit cum fletibus rogabat/ per-
secutum prosse et alius magna ac varia valde intense de-
siderabat. et secundum hanc aspirabat tam ferventer ac valide
ad vitam eternam percipiendam quod erat in magna sui anxie-
tate/ et vertiginem aliquam patiebatur in capite. de oculis
quoque eius fluxerunt lacrime multum large. Per terciam vero s.

alte desideratiuam, solummodo desiderauit prope et hoc fecit
valde intense. Deus enim in hac pro aliqua morula remouit
omnem aliam creaturarum ymaginem et traxit eam in altum cum
tanta vehementia quod in illo spirituali tractu eius natura fuit gra-
uiter afflicta. Porro tractus ille diuinus licet spiritualis fuerit
ipsum in corpore suo sensit per hunc quidem modum ac si cor suum
appositis quibusdam funiculis vehementer traheretur sursum
vnde huiusmodi tractus et afflictionis eius vehementia ex hoc
claruit, quia ipso durante quiescere non valuit, sedendo,
iacendo, stando aut ambulando. et affligebatur tam amare
seu anxie quod quantum fuisset expers sufferentie libentius et fa-
cilius grauiores pertulisset labores et dolores, quam illam [illegible]-
tem et spiritus anxietatem. ¶ In hoc gradu non appetiuit co-
medere nec bibere sed sibi totum fuit penale quod pro corporis
sustentatione alias fuisset delectabile. neque etiam potuit flere.
Si enim hoc tunc valuisset se releuasset et sibi dulce re-
putasset. et quia sufficienter suum desiderium exprimere non va-
luit dixit cum propheta potuit. Domine ante te omne desiderium
meum. et gemitus meus etc. ¶ Rursus per hunc gradum eius anima fu-
it deo intime coniuncta. Amorem quidem aliquando tam fortem
habuit qui totum cor eius sibi vendicauit excludens omnem
alium affectum. non solum dilectioni dei contrarium. sed etiam omnem
extraneum. ita quod per aliquod tempus eius affectus fiebat totaliter
vnicus et sic implebatur apud eam dilectionis preceptum quo dicitur
Matthei xxii. Diliges dominum ex toto corde tuo ex tota anima tua
et ex tota mente tua. Hoc magna impleto fiebat apud eam quod
in via modo singulari et excellenti necnon quia in aliis quamuis
in sanctis aliquibus impletur quando fit in eis exclusio omnis
affectus contrarii et caritati oppositi. non autem exclusio omnis
affectus extranei. Fuit ergo in hoc statu amor eius valde
purus et feruidus et eius desiderium tanto feruentius,
quanto erat purius. et quanto ardentiora erant desideria
tanto ascendebant altius nec quieuerunt donec ad a-
matum peruenerunt, sicut grauis non impeditum descendens
non quiescit antequam ad locum naturalem sibi debitum attingit
Vnde hec Augustinus libro xiii. confessionum dicit ponderibus suis
aguntur omnia et loca sua petunt, pondus meum amor
meus illo feror quocumque feror. · Qualia desideria excitauit ·

Alte desiderativa sint orta. Capitulum octavum. 8.

Quartus spiritus desiderans quae militantem adiuvans animam ea
a domino fideliter instructa didicit diligenter esse cavendum
ne desiderium sit tepidum, remissum aut depressum ad aeterne
boni quod ad salutem animae est necessarium, et praecipue ad summi
boni. Dum hoc desiderium ex qualitate desiderativa procedens in
tensissime fervidum et alte elevatum praetensionem omnium virium /
suae eius anima a domino excitata et vigilans effecta ac per
ipsum alte elevata a terrenis ad caelestia, a transitoriis ad aeterna /
ab imis ad superna. Fuit enim magis avida ad apprehendendum
summum bonum dominum deum, quam homo avarus qui impe-
tu aviditatis suae fertur et afficitur ad divitias temporales ac-
quirendas aut custodiendas / animae siquidem suae spirituali ait
ait dominus / Volo enarrare tam multa bona pretiosa quod non
sufficeret exprimere illa etiam si haberet multas linguas.
Porro in qualitate desiderativa eius fervida desideria alte
ad dominum elevata / ad tantum augmentum sunt deducta quod effecta fue-
rit languida, ignita et flammea, tanto caritatis ardore in-
flammata quod cor totalitatem non valuit aliquibus signis ex-
primere, sed alta trahens suspiria et lacrimas effundens uber-
rimas cordis inenarrabilem ut cuique pateret fecit magnitudinem
ipsius eius desiderium quod habuit ad dominum Jesum valde alte trac-
tum, tunc intensissime in ferventius languidius anxius et afflic-
tius fuit, quia propter eius vehementiam flectere non potuit /
nec os suum ad supplicandum aperire, neque stare, sedere aut ambu-
lare, sed sui impotens prae amoris languore et desiderii magni-
tudine vix valuit respirare, et tunc decumbens per singul-
tus incrementum gemitum, languentium et gestum ac sonum
dolentium, nec non praecordis saltum impetuosum suum estuans
manifestabat desiderium, plus tamen sibi quam alteri /
attamen non permittebat scire suorum ex languidis desideriis
laborum ac dolorum totalitatem, domino testante qui ei praeter
cetera fortiter languenti dixit / Tu non scis quam langui-
da sis / Sentias autem bene te non posse ambulare / nec sedere
nec stare, neque cibo aut potu te posse reficere quantum vis et cu-
pis, nec vales prae amoris magnitudine qualiter tibi sit
advertere, et an sis sana vel languida considerare. ¶ Amplius
sunt et desideria ex qualitate desiderativa procedentia sunt

non solum fervida incensa et sanguinea. sed eciam ignita flam-
mea, alte volancia et celi penetrativa fuerunt. Siquidem
multociens tam ignita et flammea quod vix valuit anhelitum
attrahere. cuius tunc cor non potuit refrigerari, quousque pre-
ciosam desiderii sui flammam de celo in ipsam descenderet que ei pluri-
ma bona anime preciosa attulit, et ipsam ineffabiliter magnifice
letificavit, bonaque corporis transitoria abhominabilia reddi-
dit, ac per hoc cuius desiderium alte super ipsam sustulit,
Hinc anima omnium exteriorum oblita, viribusque suis rigide tensis,
pigmita ac flammea desideria celeriter ascendit sine
obliquitate aliqua ad domum suorum desideriorum vehemencia
potenter penetrans celum. Recte sicut scintilla flammea
quando non est impedita velociter ascendit aerem pene-
trando, ac ea per sua desideria sic potenter celum penetra-
cia non ex industria nec meditacione humana formata,
sed ex gracie divine influencia. obtinuit multa anime bo-
et desideriorum suorum sanctorum magna incrementa, que adhuc
illuminata in spiritu vitens cognovit, diversaque ei bona varia
excellenter magna que contulit pluries verbaliter pate-
fecit. ¶ De [illegible] huius caritatis desiderative, vide supra
in libro vite hanc dictorum desiderium in tabula per eodem libro
ordinata. De caritate violenta seu violentante. capitulum ix.

Violenta caritas extaticis alte desiderante et forti
specialiter creata. Anima quam sibi intulit violencia sic
dicta eius est que cuius desiderium totum sibi vendicavit, na-
turam sensualitatis mortificans violenter, spiritui subm-
ittit, spiritum autem eius aliquando cum violencia supra se ele-
vans in altum sustulit et ipsam sponsum mente excedere
fecit. celum ascendens, ibi celestia munera accepit. Iuxta
illud Matthei xi. Regnum celorum vim patitur et violenti rapi-
unt illud. Denique hec caritas in ea amorem matris ma-
riti et patris totaliter extinxit, quia ad eos non naturalem carna-
lem, neque socialem, sed solummodo spiritualem habuit et eos
ordinate prout debuit dilexit. ¶ Porro huius caritatis
violenciam senciens consuevit, cum sponsus suus ei cum hac cari-
tate innixus fuit. tunc enim operatore divina viscera eius val-
de intumuit, fecit plene gestatum. et plenum ventrem im-
periose salientem. gravantes premere et fortiter cor e-

lateris tridentem sensibiliter percepit / fetus ille aliquando egit
ita agiliter et impetuose / quod visus similiter extra videretur de eius
corpore / omnis etiam gravaminis sensit supra se signa quoque a-
liqua etiam corporalia tunc senciens habuit qualia in par-
turicione naturali habere consueverunt / ut puta uteri tumefactionem
magnam / gravamen pressuram et rigidam cutis distensionem
¶ Dilectus dominus eam informans ei dixit / Quando accipio etiam
tuam ad me ipsum per vicem excessivum tunc tibi cum caritate
violenta mitto spiritum sanctum / Etiam quando ad te venio / tunc magni-
ficans uterum / ita fortiter premens te ut oporteat te pressuram
sustinens gravamen gestare. tunc illum cum caritate violenta e-
mitto spiritum sanctum qui non solus operatur in te / sed nos tres. scilicet
pater meus / ego / et spiritus sanctus magnifice operamur in te / non
inequaliter sed eque / Hanc caritas illa potest bene dici violenta
te enim senciente / tibi magna autem fit violencia cum mea
presencia quia autem premeris et ita distenderis quasi rumpi et di-
lacerari velis De caritate vulnerante · Capitulum decimum · 10 ·
Vulnerans caritas animam huius B. ⁊ cor vulneravit per
multos annos vehementer ⁊ varie. nunc specialis
nunc maioribus sagittis / nunc lanceis valde magnis ¶ Spi-
culum impositio est parvum telum admodum spicce seu punctan-
te / Sagitta licet sit nomen commune hic tamen est accipi-
endum pro iaculo seu premissili telo quod abante est acutum / et
postea procedit exitumque late in latum quod cum in fixum fuit
non nisi cum lesione magna aut ruptura extrahi potest /
Lancea est longa hasta. ⁊ habet teutonice nomina vulgaria scilicet
sper vel scefel vel spiet. ¶ Hanc affectus eius huius amoris in
terminatis tamen vibratus intra se non valuit cohibere nec
abscondere suos estus / sed latens vulnus in publicum prodit
per varios estus in ea exterius ostensos / sicut fuere anxietas
spiritus / largi sudores ⁊ fletus. magni singultus / ⁊ pro-
fundi gemitus. alta et longa ab yma trahentes sus-
piria. Ex vulneracione quippe offendebatur / aliquando ita va-
lide quod sui cordis nec virium suarum habuit posse / Hinc
aliquando cum stetit et vulnerabatur oportuit eam mox sedere /
aliquando vulnerata ambulare valuit sed cum magna difficul-
tate et cordis offensione. Hanc tociens sensit quociens
unum pedem ante alium locavit / aliquando vix se movere potuit

qui in eodem loco sedit aut iacuit / aliquando cordi vulnerato
sinistre volens brachiis et genibus suis precordia compressit /
aliquando orare oretenus non valuit et vix anhelitum attraxit /
aliquando vertigo caput eius tetigit quociens dulcis amoris spiculum
aliquando inmisit / Et hoc per quatuor horas durant / aliquando ex iaculi in
missione vehementer afflicta in corde / et aliquando in alia corporis
parte / ut in scapula · brachio cerebro · aut capite / velociter se
sinistrum movit / aliquando ad locum doloris manum impetuose misit temp-
tans si in tali parte propter vehemenciam doloris esset vulnus corpora-
le · aliquando ex nimio vulneris dolore non potuit manum suam,
ita corpus suum sustinere · sed oportuit eam velocius deponere /
aliquando in carne eius tam varia tam magna quam longa spi-
cula sunt immissa / que quamvis fuerant spiritualia / attamen erant
corporaliter afflictiva · pungentes tam amare quod compressit
se et inclinavit pre dolore · aliquando ex telorum vulneracione va-
lida facta fuit in facie sua palida atque blanca ¶ Premissa
et consimilia ad extra apparencia patefecerunt eius amoris
vulnera interiora ¶ Rursus ab intra efficaciores vulneraciones
ipsa sensit effectus iam sensibiliter percepit cor suum · nunc uno
amoris spiculo / vel sagitta / nunc duobus tribus quatuor vel
pluribus vulnerari / nunc sagittis sese intersecantibus / nunc impe-
tuose sese impellentibus undique repleri / sagitta quippe
sagittam impellebat et profundius intrabat · Ex talibus siquidem
sagittarum inmissionibus cor eius quasi [illegible] sensit va-
lidius · quandoque ad dorsum / quandoque ad costas / et aliquando ad pectus /
aliquando graviter vulnerata dum alta traxit suspiria fuit ita
amare afflicta / ac si cultellus scindens de corde exiret per emissum
suspirium et regrederetur per iterum inspiratum / Iussus aliquando cor do-
luit valide omnes vires eius fuerunt tense · cor scissum ire
et ipsa morti quandoque sibi videbatur appropinquare Afflictiones
iam scripte interius et exterius variabantur secundum maius et
minus in premissis quibus in quibus singulis erat aliquod gaudium
et consolacionis · licet enim diu teneret ad omnino in corpus aut spiritus
libenter vellent esse solitarii a mundo separati ut possint va-
care soli et ad litteras cum diligencia qualia eis velim propi-
nare pocula ut fiunt bona. Hinc audiuntur (?) spiritui inebriata
largiter sudans / fortiter flevit· pro amorosi desiderii ardore /
civit anima et non contentata huic manere / Cum ergo admirante
deum super tantam mulierem habuimus contentacionem deus ei dixit / Hoc
de vita eterna signum est bonum· tu iterum potasti de poculo forti
incepti quod inebriat non contentatione ideo mulier habes nec

habere valet contentacionem manendi super terram. ¶ Porro filii hominum
seculi volentes corporaliter forcius inebriari suam incipiunt animam
periculum et multiplex paciuntur dampnum nec petunt ¶ E contra-
rio vero hii qui volunt esse filii mei bibentes meum quod eis
propino poculum sibi lucrum inchoant animarum dimittunt peccata ex-
stirpant vicia. et sicuti petiant inutilia, multa alia bo-
sicut illi ex ebrietate corporali sibi acquirunt varia mala.
¶ Post premissa inquit sponsus Bene est notandum et memorie
commendandum quod dominus animam in raptu forti poculo inebriatam illico
ad se redire non permittit sed eam diligenter custodit ordinate
quod sepe ad se redeat, quia cito post reditum ad se per raptum ele-
vat, hoc tociens alternatim fit quousque ebrietas illa di-
gesta fuit nisi omnino faceret meo iudicio. si anima post inebri-
acionem ad se perfecte permitteret redire, homo pessimam incurreret
et rectum amitteret ipse desideria excellenter magna que ha-
bet pro vita eterna ¶ Unde anno eodem quo supra ego quadra-
vice languebam mente et corpore, quia dominus post ebrietatem
indigestam et magnorum beneficiorum collacionem abstraxit se a me
postque per aliquot dies in lecto decubui et ut etiam ingredi
ter- indueta intrarem, tunc cepi vehementer desiderio quod ha-
berem per domino certa precies ascendere cupiens dominum alicubi videre.
¶ Quippe de illa ascensione fui ante sex annos, tunc dixit michi
dominus, ¶ Tunc inquit anima tua nomen sine demica eterna. supple
predictum et raptum recursa inquit non contentacione fuerat inebria-
ta, et quia non valuit ita cito per raptum pre vehementi de-
siccacione redire, tu cum anima et corpore voluisti ascendere, nullam
siquidem contentacionem voluisti habere super terram. ¶ Attamen illud
poculum forte est difficulter super terram digestibile, quod in vita
eterna bibebat anima tua. ¶ Ipsis diebus dominus addixit multa ad
utrumque poculi digestionem requisita que superius sunt posita.
¶ Item in illa ebrietate non contentacione oportuit Reverendissimum sepe ipse
eius digestionem diu iacere, ardere et sudare, et accipit ita fervida
exardere dominum incendium quasi vellet exardoris vehemencia
consumi. tunc facies eius vermilia plus solito rubebat recte
ac si de ferventi balneo nomen exivisset. nec pro tunc vestibus
in temporibus indigebat non propter frigus sed ut tegeret nudum cor-
pus. ¶ Alie multociens noctem aduliam loci transiens cito
fuit rapta quando se abstraxerat domino dicta ebrietate adhuc

in digesta. Ob hoc oportuit eam sepe de ecclesia exire ne
occasio scandali fieret videntibus qui in eam reputassent somp-
nolencie vacare ¶ Vinum suus erat dominus/ nullus aliquis nisi
ebrius potest alte perma contemplacionis volare/ deprimun-
tur cum formidine et timere credere. Ego te fortiter traho et cum
hoc magnifice inebrio. Alios eciam bene traho ad tantam autem
ebrietatem non poto/ ceterum tamen cum eos revisitare permitto. Quedam
aliquid secreti tibi nolo dicere. quod solus cum anima tua volo
te retinere tunc oportet me animam tuam in tantum inebriare quod
plurima ebrietate nichil de hoc valeas enarrare ¶ Dominica
hec gratia cognominis mise valde oculate. quando dominus solebat
eam forti poculo potare usque ad ebrietatem excellentem mag-
nam et in illa fortiter attrahens sibi in tunc unire. Ac super
in tali ebrietate sopita iacuit multociens quasi dormitans
et superata omnium exteriorum oblita quando autem rapta ad se rediit/
tam cito rapta fuit. Dominus tunc intra et extra raptum dixit
ei aliqua que voluit esse secretissima quorum dum curata se
fuit. si quando distinctam habuit noticiam illico dominus iterum tunc
rapuit eius animam valide trahens eam in abyssum divini-
tatis sue/ et tam profunde sibi eam univit quod ab eius memoria
evanuit/ hoc quod ab ipso domino percepit ¶ In tali unione de-
lectabilissima. dominus eciam valde fortiter diligens excellenter
magna ei prestitit beneficia que tamen scire distincte non est
permissa. Quo namque vidente et domino docente dixit. Ei anima
in tali ebrietate et unione ad se revisa permittet scire quam
intense dominus eam dilexerit/ quanta bono ei prestiterit fervore
pulsus tam impetuose et tamen de quod in se amaret et suavitatem in-
iunctione De multis effectibus ebrietatem spiritualem sequentibus

Multa premio digna de numero hominum eo . Capitulum xxi . 21
fecit que spiritualiter inebriat quod hinc sic sunt ab ipso colla-
ta pie et expressa quorum mentem aliqua sunt dicenda ¶ Hanc 1
homo spiritualiter inebriatus verecundatur coram domino de malis
actibus eciam ob minorem bonum intencionem cum prudere singularitatem
illud quod ad eius statum pertinet. Ideo ebrietate invalescente
omnia mala dimittit/ et in meritoriis actibus multum progreditur
et proficit plurimas ambulare vias quas laudabiliter cepit am-
bulare ex sponte ebrietate ¶ Item extasi ebrietate in sine sen- 2
sibus inutilem exterioribus/ Nam quod eius prius fuit delectabile in

videndo / audiendo / orando / gustando / vel tangendo ad illa ut
detecto sensu ipsa delectabiliter percipiat / se non applicat nec gaudet
3. veritas nisi quantum nuda veritas requirit ¶ Tercio quod prius
sibi fuit gaudium et desiderabile hoc vertitur ei in fastidium fit
4. despectabile et penale ¶ Quarto hominis sensus interiores in
cipiunt aperiri et fiunt vere spiritualiter cognoscitivi / anima per
deum videt per eius vocem auscultat / eius suavitatem quasi
gustando desiderat / eius odore excitatus delectabiliter cur
rens laborat. Deus sibi omnibus placet et acceptus est
et hunc in esse diligens contemplatur et scilicet desiderat quod
quasi ex magna ebrietate bona transitoria incipit despicere
et honores temporales dilapidare quia preciosam invenit mar
garitam omnia a se abdicavit ut compararet illam ut precium
preciosorum possideret bonum incommutabile et eternum ¶ Quin
5. to intime inebriatur post hoc ut dei magnifice capax effi
ciatur / deo deliciose perfruatur / anima excitata soli deo vivat /
mundo vero ac viciis moriatur ut fortificata audeat aggre
di opera illum dominum que tamen non presumeret aggredi non inebria
ta / sicque fortiter inebriatur et ut vera regina super omnia consti
tuta constituatur ¶ Sexto accepta fiducia ex eadem familiaritate
6. et magna caritate que foras mittit timorem coram deo non
verecundatur / nec timet ipsum magnifice desiderare / neque timet
eum / aut verecundatur suscipere in sacro cubiculo / nec timet neque ve
cundatur eum brachiis caritatis fortiter stringere / ac firmiter ei ad
herere. Fit enim tam ebrius quod deum denique reputat esse suum
proprium / et quod ei videtur quasi ad ipsum habeat ius proprietatis
ac dominii / Accidit etiam sepe quod qui absorptus divina dul
cedine omnium exteriorum obliviscitur. et ex ebrietate celesti audet
ascendere. $\overset{\text{autem non}}{\text{hoc}}$ audet aggredi in spiritus sobrietate quod certissime
7. timet et ideo ascendere non audet ¶ Septimo tamen ebrius
homo in spiritu fit quod vacillando et titubando tamquam corpora
liter ebrius incedat. et talis scilicet ebrius vel insipiens reputatur
ab illo qui eum sic incedere aspicit. Si autem ipse quempiam
viderit alium talem ut se scilicet leti et ebrium reputat et credit
Ideo si conspicitur corporaliter in fletum credit illum ex magni
tudine amoris in fletum / et mori si quem viderit ex amore eum
mori estimans dicit. Si aliquis ebrium corporaliter aspiceret pre
ebrietate non posse surgere diceret seriose / eum sic inebriatum

(margin, beside "aggredi … constituatur": valde ardua ut puta mortem et quecumque horribilia)

esse ex divina caritate, nec aliqua cogitatione vexaretur in eius
corde talem ex potu corporali inebriatum esse. ¶ Singula que
acciderunt huic B. que aliquando in spirituali ebrietate exposcendo
dulciter infirmos in hospitali visitavit, et eos ex amore
sanguinem excidit / et ita demoni non solum simpliciter dixisse /
sed etiam asseruisse quod ita finxisset. Hunc etiam corporaliter ebrius
aliquotiens se coniunxit et cum eis gaudens extitit quod eos
spiritualiter ebrios reputavit / In hac consuetudine si aliquando ab
eis aliquos verbi indecentes aut incautorum prolatum fuerat
in presentia eius mox horrens illud malum se ab eis abstraxit et
quod ipsi non recte agerent cognovit. De ebrietate inebriante divine
caritatis domine scilicet locupletans et exhilarans. Capitulum XXII · 22 ·

Preterea dixit dominus ebrietate inebriante ita homo inebriatur
et in tantum dilatatur quod pre nimia ebrietate et pre habundante
dulcedine estimat super terram nullum defectum esse. Ideo animi
valde quando audit pauperes tribulatos aut afflictos queri-
mose agere nescit enim quid affligit / sed credit quod eis ita bene sicut
sibi sit. ¶ Ita anima cuius nimia dulcedine divina repleta
post corporalem refectionem remanet dubia an acceperit ad se
cibum aut potum vel adhuc debeat assumere ipsum. Obliviscitur
etiam omnium transitoriorum et adeo sic extenditur ut insensibilis
redditur, ut si omnia bona mundi essent sua non adverteret si pe-
rirent ipsa / Animus in suo desiderio et sua reputatione iam quasi
bona ita reposita ex quibus est ita dives in spiritualibus quod nichil de-
sideat habere de corporalibus. ¶ Relicta cuius anima ex divino con-
fortio et divino beneficio repletur / quibus tantum iubilatione et dul-
cedine quod ex superaffluenti deliciarum et gaudiorum affluentia re-
pleta pre redundantia in corpus gaudiis et deliciis singula
membra que tunc pre exultatione nimia delitias et gaudia in se
totaliter non valent abscondere sed manifestant illa per aliqua
exultationis signa, ut ridendo vultum hilarem ostendendo et
cantando. Sic enim hec B. talibus scilicet iubilo et deliciis multo-
tiens in tantum fuit inebriata quod sui totaliter oblita aliquando. Sic et
aliquando in media nocte cepit ridere et alta voce aliquod canticum
domino cantare. ¶ Sed hec B. fuit sepe ita totaliter inebria-
ta quod sibi fuit ita bene suo videre quod non desideravit aliud quam
illud conservare. Et hoc bene esse sibi commissum. Cum hanc suam
ebrietatem solebat exprimere dicente domino cum tali eloquio. In

videbatur quod essem in vita eterna ¶ Et admixit dominus / Possum pota-
re hominem . s. modis precedentibus in tantum quod ipsum totaliter sum libera-
tus / tunc abstraho sibi aliquid illius dulcis potus / ita quod non
in tantum ipsum inebrio quod prius . Quia homines senio confecti non sunt /
ita fortes ad poculum forte digerendum sicut iuvenes / Eciam
alia de causa / aufero illam magnam meam abstraho dulcedine
eos contentative inebriantem ut perfectius vite sue reliquum / pecca-
torum exercicium . clamore / ad me et fletu studeant prevenire in reg-
num meum ad suavissimum poculum perfecte bibendum / nam ibi de
torrente voluptatis divinitatis mee eos volo eternaliter po-
tare ¶ Item sicut si hominem contentative inebriando semper
potarem ei tribuendo dulce poculum . quo tunc pro illo quod eter-
nali debebit habere . haberet desiderium . Intanta enim ac tali spiri-
tuali ebrietate non fessus / sentit se aliquo indigere / nec reputat se
defectum habere . videtur autem sibi quod sibi sit ita bene / et sit ita di-
ves ac si in vita sit eterna / quamdiu permanet in illa ebrietate
magna . Ideo quoque si sepe . et diu ebrius esset minus pro vita eterna
sollicitus esset quam esset in sobrietate Ideo ne sibi finem in
illo bono esse constituat . Ideo ipsum interdum non in tantum quantum prius
inebrio ¶ Et quia donum dulce poculum non inebriantem hominem
in circumspecto possit esse periculum . si perfunde humilitatis solidum
non haberet fundamentum . Ideo dominus cum est tam decorus . homini ne
fiat inprudens / aut ne se ipse habere gustum aliquem reputans de se
presumat . vel alios pro impenitentes contempnat . utiliter hoc po-
culum subtrahit . hominem in defectu permittit et humilitate premit
vel permutatim . nunc contentative inebriat et hoc rarius /
et nunc non contentative inebriat / et hoc frequencius . Nunc neu-
trum poculorum ei propinat / ut homo suam miseriam recog-
noscat / et ita eciam hanc viduam quam sponsam faciebat quam-
sicut per multos annos quasi cottidie inebriaret mittendo ei spiritum
suum . nunc cum ebrietate contentative inebriante . nunc cum ebrietate
inebriante non contentative / aliaque innumera beneficia consola-
cionis et singularis dileccionis ei impenderet / ipsam tamen in humi-
litate perfunda continue conservabat ¶ Unde ei dicebat . Ego
poto hominem ita ebrium quod se non reputat vermiculum / sed
vix cinerem et limum vilissimum . Ymo pre magnitudine ebrie-
tatis apparet sibi quod nulle creature sit similis Secundo sum mul-
ta gerit curam . habeo enim hanc efficaciam ebrietatis mee sup

tiam quod quanto homo plus illa inebriatur / tanto magis in re-
pusillitate sui et extollencia diminuitur. Ac per hoc anima eius
tanto plus crescit in altum sustollitur et elevatur / Denique ebre-
tas spiritus assimulatur energie / Nam sicut homini huius energia
omnia desipiunt super terram / sic illi qui semel vere inebriatus
mero gustus dulcedinem · amarescunt omnia super terram ¶ Iam
plures multociens accidit hec [?] in raptu bibens vina pocula
est spiritu inebriato adesse [?] hylaris et iocunda · ac in spiritua-
libus divinis locupletata / divinitusque illustrata vidit circa
se undique multa bona sibi a deo collata / in quibus ita fuit
delectata / ac si suo iudicio in vita fuisset eterna / que quanto
diucius bona sibi a deo collata fuit contemplata · tanto ap-
paruerunt plura maiora et preciosiora · eorumque multitudo dig-
nitas et magnitudo erat tanta quod non sufficiebat diminuere
neque ponderare illam / quamvis esset magnifice illuminata · Tunc hec
namque in suis oculis erat parvula et humilis transparens et sub-
tilis exstitit ut ardore ignita et agilis · Cui dixit dominus / Quando
primo cepisti contemplari me · et non vellemisti me hic magnifice-
tie fuisti retro respiciens ponderans et contemplans peccata tua /
Nunc autem aliter tecum est / nam te oportet retro timere et bona
contemplari que tibi feci / peccata tua sic te incogitate per misi quod
illa potuisti exprimere et confiteri · Bona vero mea tibi collata
per multorum annorum curricula / non vales plene exprimere per verbum /
vivo nec comprehendere per intellectum ¶ Porro homines contemplativi /
nichil ab homine transitorie debent contemplari / nisi illa que
eis a deo ad contemplandum aut revelandum ut si desuper homini
super terram habere faciat contemplacionem · istius enim tribulatis il-
lis passim pacientibus meliorem habeant compassionem ¶ Ex istis iam verbis
patet quod ex caritate inebriante ornatur caritates locupletans
et exhylarans · per locupletantem se divine imperitat et perexhy-
larantem in memoriam dilecti cantica amoris iubilando delecta-
biliter cantat · Iuxta illud ysa. c. v. · Cantabo dilecto meo / et
illud ps. / Exultabit lingua mea cum cantavero tibi / et anima mea
quam redemisti / De caritate locupletante dicit Basilius in
exameron · Thezaurus inquit indeficiens est amor divinus /
que qui habet dives est · quo qui caret pauper est · Et huic conso-
nat beatus Aug. in libro de laude caritatis dicens / Sine caritate
pauper est dives · sine caritate omnis dives est pauper · Ideo

harum duarum centuriarum ampliorem noticiam videant in tabula libri
vite capitula in hijs duabus decombus / dimes / et grandium
notata. De ebrietate spirituali et sobria hic ponuntur aliqua
B excipientis sacramenta et testimonia. Capitulum xviii.
Nunc de poculo divino salutari et ebrietate ex hoc procedenti
sine sermo sit vucleata. hic aliqua sanctorum testimonia sunt
adiungenda. Unde quia huiusmodi ebrietas spiritualis varios
habet effectus salutares et valde desiderabiles quos cognoscens
sanctus Ambrosius super Beati immaculati etc. dicit. Quis mihi
dabit domine ut venias in cor meum et inebries illud / ob-
liviscatur mala mea et unum bonum amplectar te. Hac
salutari ebrietate inebriati sunt apostoli in die penthecostes
ex adventu spiritus sancti. Non enim erant ebrii ex vino vel musto
corporali. sed poculo spirituali. Et ergo dixit sanctus Petrus. Non
enim ut vos putatis sed bona. quia secundum Bedam in libro de
temporibus. Negabant eos ebrios musto non ante spiritu sancto. De
eadem ebrietate laudabili multa. dicit beatus Augustinus in diver-
1 sis locis testimonia quorum duo nunc accipe / primum est super
psalmo xxxv. ubi dicit / Quemadmodum accipe vinum immoderate
et ingurgitate se in ebrietate est mentem perdere / ita est cum ac-
cepta fuerit illa ineffabilis leticia perire quodammodo humana
mens / et fieri divina. Ideo dixit propheta. Inebriabuntur ab uber-
tate domus dei / qui etiam dixit. Calix tuus inebrians quam
preclarus est / hoc iam calice inebriati erant martires quando
ad passionem euntes suos non agnoscebant / Quid tam ebrium
quam non agnoscere uxorem flentem non filios non parentes lamen-
2 tantes etc. Secundum est in libro de agone xpiano. Quia dum
inquit sumus in hoc corpore peregrinamur a domino videamus saltem
quam suavis est dominus quia dedit nobis pignus spiritus sancti /
senciamus eius dulcedinem et desideremus ipsius vite fontem ubi
sobria ebrietate inundemur et irrigemur sicut lignum quod
plantatum est secus decursus aquarum quod fructum suum dabit in
tempore suo. Talis ebrietas non evertit mentem / sed tamen rapit sursum
et oblivionem prestat omnium terrenorum. Hec Augustinus. Por-
ro est hic sciendum quod exuberancia divina mens a delectatione
carnali et terrena propter amorem dei abstracta. ne omnino a delectatio-
ne maneat aliena quadam perfunditur leticia et dulcedine
insolita ut tamen cognoscat quod deserit et dulce senciat

qd invenit / et tandem in cellam vinariam introducit in qua
dulcitas est poculi boni melioris et optimi / Hec autem dul
citas poculi generat et efficit delectabilem dulcitudinem / et ab
estu carnalium desideriorum abstractam eternorum transferre mentem /
Unde glosa super illo canticorum primo. Introduxit me rex in
cellam vinariam. dicit / Quam cito gustum meum dulcedine
gracie eius attingit / ita me spiritu reficit et ab amore terrenorum
in superiora translatam me sentio / ac si in cellam vinariam intro
ducta novo meri odore et poculo sim refecta ¶ Bene
quia bonum poculum mentem ab estu carnalium desideriorum refri
gerat et inflammat ipsam in desiderio eternorum / Ideo comparatur
temperanco imbri terram irriganti et inebrianti. In ysaia
.lv. c. Ubi dicitur Quomodo descendit ymber et nix de celo et
illuc ultra non revertitur sed inebriat terram et infundit eam /
Per hoc enim quod terram infundit et inebriat ostenditur quod animam
spiritualiter irriget et inebriet in interiora penetret et mentem
a se alienet / nec hoc solummodo agit / sed etiam mentem vehe
menter incendit. Unde Jeremias in quinto .xxiii. factus sum sicut
vir ebrius et quasi madidus vino a facie domini et a facie verborum
eius. Et item ysa. xxix. ait. Inebriamini sed non a vino. Sic
inebriatus dicitur fuisse sanctus petrus in monte thabor cum domino
a sanctis doctoribus ne sciens pre ebrietate spiritus quid diceret quando
dixit / Domine bonum est nos hic esse. Unde quam poculi divinam
stillam gustaverit et omnes alias dulcedines fastidivit /
Nimirum in illo suscepit haustus delicosissimus in cuius compa
ratione omnium exteriorum suavitas nulla est delicositas / dulce
do autem iocunditas. sed expertis hoc poculum gustantibus mag
na est penalitas suscipere corporis oblectamenta. Unde dicit
propheta. Renuit consolari anima mea supple per delectabilia
exteriora ¶ Possent hic multa adiungi alia testimonia.
sed hec sufficere estimo lectori pio De caritate stillante. c. .29.
Pre deliciarum habundancia seu dulcedine intima que
percipiebat in sponse anima ex caritate stillante fiebant
effluxus et scaturigines in cor / quod ex hoc dilatabatur et
amplum ac magnum efficiebatur. Sicut pulchre aperiebat
se successive ut rosa de jericho clausa ad aquam posita
se successive aperit. cumque apertura licet fiat ut rosa tota.
attamen superius primo apparet. Sic sponse cor sive se aperire

et dilatare superius primo apparebat / et consequenter se totum ma-
iorare sentiebat / deinde superius ex omni parte effluxit dulcedo
in totum corpus. sicut aqua de olla bulliente / et super ef-
fluente in tanta copia quod totum dulcedine replevit / et
uterum eius tamquam pregnantis magnificavit / nec solum superius
cor dilatatum videbatur dulcedinem effluere. sed eciam inferius
largiter stillare / et hoc solebat fieri fieri in feriis extremitate
liquefacionis que huic adiungebatur in operatione post dulcedinem
effluxum dum consummata extitit de quolibet valde bono efflu-
it spirituale magnum. scilicet gaudium et ~~dulcedine~~ delicie / hec enim
i se sensitive cognovit mirum exhilarata fuit / quod flere non va-
luit nec loqui nisi unum tale / Domine dulcissime gracias ago
tibi / aut unum consimile dicendo Domine dulcissime da hanc
aut magis hoc vel illud etc / sed oportebat eam sic in silencio
delectabili et iocundo sedere donec dominus gaudia resumeret
ad se / ¶ Porro secunda ex talibus effluxu distillacionis repleta dul-
cedine et replebatur dulce inebriacione. in tantum quod in statu huius
caritatis non valuit flere / et pondus deliciarum divini ferre
non sufficiebat. eam oportuit cito ad secretum suum accedere aut
alicubi residere quia pre deliciarum teneritudine ac plenitudine
non valuit se alternacione aliquatenus conservare. nec valuit
aliquod exterioris operis exercere / ymo nec loqui / sed solummodo in sua
divinam bonitatem contemplari / quam tunc in accessum pro sacramento
corporis sui ei tribuit desiderium et per magnificum in anima eius
fecit convivium / que oscula dum tunc sensit dulcia et amplexus
suaves seu sentire / ac perfecte tota liquefacta in se nichil huius
uniri totaliter est in ipsa super dilectum suum ¶ Rursus in statu
huius caritatis / se supra modum divitem estimabat / sic enim bo-
sibi affluere apparebant. sicut dulcedines de corde effluebat /
hec eciam presencie seu prius percipiebat. et si aliquid mea per-
cet fuerat sive parvum sive magnum ipse agnoscebat ¶ Tam
plenius in hac caritate deus solebat in hac secunda operari bona
ita magna quod ipsa debite et specifice non potuit exprimere illa
que licet perfecte talia edicere non valuit / sic tamen aliquid
de ipsis dixit / dicendo sic / deus in anima mea se pepit / et magnum
convivium in ea fecit. sensi oscula eius dulcia et amplexus
suaves / per huiusmodi expressionem gestavit dominum super te .
¶ Postremo ex hac caritate solebant oriri graciarum actiones

excellens magne et insignis gratitudinis meruisse. Ipsa tunc co-
siliens manus suas coniunxit in altum erigens et tam pulchre con-
iunctas quasi sursum erectas infatigabiliter retinuit. Denique ex
affluente dulcedine refocillata sunt aliquociens delicate tanta
sacietate quod nichil appetiit de corporali refectione. Ac carnis quies-
centibus molestiis non gravabatur. Estu amoris nec aliquibus
afflictionibus expers. Flammis caritatis sed constituta in quadam de-
lectabili iocunditate potuit illud Canticorum dicere ii. Sub umbra
illius quem desideraveram sedi et fructus eius dulcis est gutturi
meo. Dominus enim in hac civitate secundum largitatem benignita-
tis sue ei dulcedinem eterne retribucionis pregustare concessit
et ad mensuram eius intra se perplexitatis habitum disponit et dei-
formem effecit. De utero magnitudine que causabatur ex hac
Extremitate hac sitiente et estuante caritate. Capitulum xxvi. 29
Amulto crescens magnificabatur eius uterus aliter tumens
quam ex violenta et vehementi caritatibus. Nam quod exilis
uterum magnum habuit tunc omnis fere pertulit et sepe graviorem
pressuram et amariorem dolorem sustinuit quam umquam in parturi-
cione mali persensit. Unde quadam vice dum ex tali pressura
fuerit tota tremula et angustiis ut parturiens constituta non
valens orare nec clamare ex sui impotencia sed alta traxit
suspiria dixit ei dominus: Ego sum hic fortis pinguens te, quo-
modo aliter videtur tibi esse quam si deberes corporaliter parere. Sem-
per sicut in mali parturicione mulier parturiens nescit an fetus eius
sit vivus an mortuus ita nunc ignoras et non permitteris scire
quid ego operor intus. Et si nunc ambulare aut currere deberes
quomodo hoc perficeres quasi diceret hoc non posses. Porro plures attende-
bant se sponsa ita magna ac si esset vicina partui consideraverunt
quod secum admirantes se curiose manibus tractaverunt temptantes — contrectaverunt
si huiusmodi magnitudo existeret absque illusione. Inter hec
cor eius tam immensum habuit desiderium dolorem paciebatur
tam amarum et saltum fecit tam impetuosum ad ymaginem potencie
sufficienciam, quem si dominus remisisset aut animam eius sibi
precipitem permisisset ipsa suo intra se tollerare non potuisset.
Aliquando rediens alienatam se sensit. Aliquando vero in eius de-
sideriis desiderii in raptu rediens se invenit et per noctem non
quievit quociens ad se redijt. Aliquando eciam magnitudo uteri
per comestionem minorata fuit. Aliquando in eodem statu perman-
sit et aliquando ad maiorem quantitatem ascendit. Post somno

placuit qui hec egit et hanc beatam adsumpsit. C. sic dicere insuper: fili
dilecte nescio quid accidit anime mee; ab illo enim tempore quo
fetus vivus in me cepit saltare et tam sensibiliter se mo-
vere anima mea vite eterne effecta est ita desiderativa quod car-
ni mee nullam permittit habere quietem. Quid ergo videtur
tibi quam compressum oportet esse cor et multis vulneribus
doloribus ac passionibus attritum antequam fiat tale quod nichil nisi
deum desideret habere; oportet etiam ipsum varia vulnera et mor-
tes diversas spirituales pati antequam possit aptum et ydoneum
fieri ut deum in sua omnipotencia et maiestate valeat
contemplari. ¶ Decimus uteri gravamine secundum est s. in
eius dispensata caritate. ¶ Secundo autem humiliter magnitudo
causabat ex caritate scatente tunc hec beata ineffabilia
habuit gaudia varia spiritus oblectamenta et bona spiritua-
lia percepit valde preciosa. Tunc enim deus magnum in anima eius
convivium fecerat et ei sic erat ac si deus in ea spiritualiter
pace vellet. Cum deus quadam vice diceret quid iterum
ita timuisset ac si vicina partui esset habebat. Ego magnus
valde magnifice tibi nunc reddi me; quid ergo bonorum meo-
rum maiorum vis primo apprehendere ad dicendum ante quam
tu de bono meo magno nunc vales narrare et experi-
tu ... terrarum gestare. Hanc si multas habes homines lin-
guas tu adhuc bona tibi nunc facta ita modicum posses
exprimere sicut gaudia vite eterne. Tempore tu me ap-
prehendens magnifice amplexata es me, sed non poteris
me diu ita magnifice conservare. Quamdiu nunc vales
dicere de patris mei omnipotencia. Quid modo vis conicere
de mea in mensa sapiencia, et quid scis modo enarrare de spiritus
sancti bonitate summa que tibi magnifice est impertita.
¶ Domino hec dicente beata sensit se magna bona habere
quorum nulla est ausa ad exprimendum attingere sine singu-
lari consilio et iussione. ¶ Alia vice beata existenti in consili-
dispositione dixit deus ei: Si talis uteri magnitudo cum
suis accidentibus uni advenire homini qui deceptione
spirituali aut naturali nichil sciret, adhuc si me cognos-
ceret diligenter bene sentiens intelligeret quod ego ipse talem
in ipso efficerem bonitatis mee operatione. ¶ Beata
in tali uteri magnificatione sensit sepe cor suum exul-
tare salire et se hinc inde impetuose adlatera move-
re

et ita fetum vivum agiliter saltantem et se hylariter quasi mo-
ventem sentiendo moveretur multociens sensit anima eius alte clamaciones
nova et pulchra blandicionis sibi formantem que sponse
erant ita ineffabilia sicut alia divine largitatis mar-
nalia ei consimiliter in tali operacione generata. aliquando ob tali blandi-
cione cordi conformantem se dicens sibi blandiciones sibi nota-
vit puta ista / Dulcissime mi domine / pater mi amantissime. mi
rex amabilissime / redemptor meus / salvator meus /
sanctificator meus / protector meus. gubernator meus /
consolacio mea verissima et dulcissima. O ihesu xpe fili dei
vivi regraciator tibi pro tua magna bonitate et caritate
quam impendisti michi ¶ Sciendum quod huiusmodi magni-
tudo frequenter fiebat quasi subito .i. sine notabili
tempore / Aliquociens eciam fiebat successive et tunc anima
senciebat miram deliciarum fluxus et decorde in corpus /
et pius successive corpus replebatur sic paulatim uterus
magnificabatur. Porro hoc erat commune in uteri mag-
nificatione quod dominus solebat ad se animam fortiter trahere mag-
nam et amabilem in ea excitare operacionem. magnum novum et
insolitum ipsa solebat habere gaudium / quociens sensit fetum
vivum / aliquando vero non sensit / quociens incedere valuit sed cum
difficultate hoc fecit. aliquando autem vix valuit exurgere
propter magnitudinem nec potuit vestes cingere et incumbe-
bat super manus / Amplius a principio quando sponsa uterum suum ex
divina operacione sensit intumescere / non fiebat magnificacio
ista tanta quantitate in quinta postmodum procedente tem-
poris caritate perfectius invalescente. Hinc quia coram hominibus
apparere tamquam impregnata pudebat / ideo modis convenientibus
quibus valuit hoc abscondere studuit. Anima ipsa enim erat
valde pudica erat et humilis et pura. Ideo late vestes
suum abscondit ac per hoc aliis occupacionem inutilem non
fecit subtrahens pusillis corde pudorem ne scandalizarentur
ex tanta eius uteri quantitate nec unquam de hoc cuiquam dixit
nisi misso a domino finis. Ostenditur qualis debeat esse perso-
na ut sit ad spiritualem unionem ydonea. Capitulum xxviij. 26.

Non calumpnietur quis fidelium hanc iam aliquociens
dictam uteri magnificacionem ac partum spiritualem / aliaque
admiracione digna sed non incredibilia in hac gratia dei stinte
acta / Deus siquidem deus animam sibi desponsat maritat

et fecunditat / desponsat in fide / maritat in voluntatis conformitate
1 et fecundat in caritate. De primo dicitur in Osee. Sponsabo te mihi
in sempiternum / in iusticia et in iudicio / et in misericordia. et in misera-
tionibus et sponsabo te michi in fide ¶ De secundo dicit mul-
2 ta beatus Bernhardus in sermone lxxxiii super cantica dicit
Conformitas anime cum deo maritat animam verbo cum ei cuius na-
tura similis est per naturam / similem se nichilominus exhibet per
voluntatem diligens. sicut dilecta est ergo / si anima extra-
tate perfecte diligit nupsit. Quid conformitate hac iocun-
dius / quid caritate optabilius vere spiritualis sanctique conn-
ubii contractus est iste ubi idem velle et nolle unum facit ex
duobus spiritum / dicitur ei dominus. Ecce vir tuus post me ingredi-
ens cessabis ¶ De tercio dominus sponsus per Iohannem ewangelistam
3 inquit 14 (15). Qui in me manserit. s. per caritatem dicit glosa /
et ego in eo hic fert fructum multum / Cui concordat illud
Sapientie iiii. O quam pulchra est casta generacio cum caritate ¶ Por-
ro dominus hanc habere multa fecunditate spirituali ac novem mo-
dos spirituali pariendi revelavit ¶ Primo premittens qualiter
1 homines debeant esse dispositi ut ad suum connubium sint ydonei
et ad spirituales partus apti dicens / Hii qui debent esse mei a-
mici dilectissimi ut hoc impetrent eis quod meis facio amicis
dilectissimis. videlicet ut eas sponsas meas efficiam / impreg-
nem et meis desiderium delectabile sufficere. quod eas delectet me
semper habere ¶ Tales siquidem primo debent habere mundam conscienciam
2 et affectionem puram ¶ Secundo debent abdicare a se omnem
rem transitoriam sibi simpliciter non necessariam ita quod diligant et
3 desiderant me solum possidere ¶ Tercio debent michi esse tota-
4 liter in voluntate conformati et per dilectionem uniti ¶ Quarto
nullum alium preter me debent habere sponsum / neminem enim volo
esse medium inter sponsam meam et me sponsum ¶ Homines
quippe tales forcius diligo / quam sponsi carnales amant
suas sponsas / ac tales in sponsas assumpte cito impregnantur
anime / Cumque me conceperint absque sorde me gestant cum
maiore difficultate quam fetus naturales / qui tamen por-
tant cum magno gravamine ¶ Unde quia concipientes me
oportet vivere in maiore sollicitudine ac labore quam vivant
naturaliter impregnate. nec mirum est eas cogitare quod possint
esse. ociose et libere absque viro aut maculate fetide et ab-
hominabiles absque modo muliebri / vel possint esse macunde

vane leves irracionabiles aut simplices / sed oportet eas esse
magis laboriosas . cautas . providas . ornatas / pacientes
mansuetas / racionabiles . humiles et maturas in moribus /
quia si haberent viros seu corporales sponsos multum enim deberent
hec propriam voluntatem / sed omnem humilitatem perfectionem debent appe-
re valde prime / cum meam regiam maiestatem . nec oportet
putare eas se habituras servos et ancillas prout habent
sponse temporales in adiutorium ut custodiant sponsos suos
sed oportebit eas paratas existere die noctuque et personaliter exple-
ant omne quod ab eis desidero habere ¶ Amplius sponse
anime impregnate habent desiderium delectans per me quemadmodum
mulieres impregnate fastidiunt saporosa et aliqua que
eis prius fuerunt delectabilia . et appetunt fructus immaturos
et aliqua alia insipida Sic sponsa que me concipit in
me delectatur et alia fastidit . quantoque diucius me gerit
tanto avidius et delectabilius me appetit / ac gustus presencie
mee ei tanto amplius dulcescit ¶ Hec dicit sponse post sump-
cionem eukaristie revelavit . et eius cor caritate vulnerans dixit
Cras item delectabit te me suscipere cum magno desiderii fervore

Revelacio nonum modum spiritualiter pariendi / capitulum xxviii . ·21·

Alia die iterum post sumpcionem eukaristie dominus ei magna
consolans sic presencie intima dixit inter alia . Volo te do-
cere unum de optimis quod potes tu in corpore existens operari vir-
tutes spirituales poteris nasci . Tu debes fortiter flendo die
noctuque desiderando et petendo clamare ad me in magna
caritate fervente ardenter . ut possis te ipsam te spiritualiter parere
Per primum enim homo se ipsum spiritualiter parere potest / quia tamdiu
assiduare debebit quousque se ipsum pepererit / Cum autem hoc
hoc factum fuit ego volo me sibi amicabilem exhibere et pan-
dere quam pepererit se ¶ Hic quippe est primus spiritualis partus Primus modus pariendi
sine quo non potest fieri partus aliquis . aliquis alius qui enim se ipsum
spiritualiter non peperit inaniter partum alium describitibus perarabit .
¶ Hoc partu autem habito . i. postquam homo se ipsum peperit / si talis ·2·
filios naturales habuerit paribus consilium laborem habere debe-
bit qualem per se habuit ut illos posset parere spiritualiter quos
prius peperit naturaliter / quam postquam magnifice desiderant anime
ut ad unum cum partum spiritualem filiorum perficere . ac dum per-
fectum longevum oracionis studium / et caritatis incendium spiritualis

filiorum pater filius productus ad effectum/ illi homini et suis filiis vo-
3 lo providere sic in tempore et in eternitate ¶ Consequenter
talis homo studeat tercio parentes suos adiuvare spiritualiter
parere etiam/ hoc quidem faciendum est pro eis sive fuerint
4 mortui sive vivi ¶ Quarto hoc idem circa alios suos
5 faciat amicos ¶ Quinto hoc idem ex caritate studeat agere
circa alienos ut ex eis multos spirituales possit parere filios/
6 ¶ Sexto propter caritatis consilium studeat multas animas de
purgatorio liberare/ ac per hoc adiuvare spiritualiter parere et-
7 iam ¶ Septimo flendo petat et oportet ut ego similem
efficiam virum de illis hominibus qui sustentare me ad imitat
8 mundum ¶ Octavo ut multotiens me valeat parere studeat
9 abstinere ¶ Nono laboret studiose quatenus velim sepe me
ipsum in eius anima generare ¶ Nempe principalibus peti peccatorum
nonne est hoc faciendum quod sit perfectum ut supra est dictum/ Dum
dne sponse hec reclamante cum fervore igne caritatis
accendit. circulentes illustrante fantasmata in anima
aberracionem sibi ipsa intime vinnit et spiritum sanctum ei in-
sit qui ipsam ferventius incendens gaudio ac deliciis re-
plevit ¶ Alia vice dixit dominus/ Beatus spiritualis non est ita spiritua-
lis prout tu putas/ nam in hac tota civitate non valeo tibi
unum ostendere qui spirituales genuit filios/ et tu debes ma-
nos facere fletus ob hoc quia pauci sunt qui spiritualiter pa-
riunt. Tu quoque suppliciter roga me ut velleas te et meam
tuam naturalem spiritualiter parere. ut illius sis mater spiritualis adiu-
trix vere. que mater tua fuit naturalis adiutrix miserie ¶ Al-
ter illa cum deum admiraretur/ missa in fine plures dies perfecit/ Cui
dominus ait. Vis scire quo fructus unos possis parere. Et illa
Dic dignissime magister omne illud inspiracione quod est bonum anime
mee/ Cui dominus Quando tibi concesso ex caritate largiter flendo/ for-
tis cogitacio pahis unius aut defunctis. tunc scias te fructus
unos super terram peperisse ¶ Sunt sicut mulieres aliqui mas-
culi in utero gestantur et femelle nascuntur. hoc tunc est
quando homo lacrimas et opera misericordia bene inchoat et male
sine terminat/ si econtrario actum sunt tunc femellam gessit
et masculum peperit. Si vero quis bene inchoat et bene terminat
talis masculum gestat et generat ¶ Hec ergo circa pluvium ali-
quod fiat periculum diuturne orationibus est insistendum

Quando sit fructus pare

Ostenditur quid hoc sit quod homo deum spiritualiter parit

Dominus qui solet visitare sterilem in filiorum mul- · Cap. xxviij · ·28·
tiplicatione letificare hanc B. virtute prolificandi et
se ipsum spiritualiter generandi ditavit / quod deum ipsum pluries spiritualiter
peperisset eam instruxit qualiter hoc fieret dicens. Devote
ora, humiliter supplica / amatorie blandire / et magis fortiter
pregnare / tu enim debes me spiritualiter parere. tu quippe hoc
tunc facis / quando caritate mea ferventissime accensa. fortiter
flens. largiter sudans / et me magnifice diliges sic hec
quod ante omnes diligant creature / ita quod nihil mediet inter
me et te / nec preter me aliqua alia sint in tua memoria /
prorumpisque tunc in aliqua amatorie blandicionis verba
pre ardoris dilectionis mee habundancia. dicendo taliter
Ihesu Christe Ihesu Christe amantissime mi domine. dulcissime mi doc-
et consilia ¶ Porro adhuc quod ego generer / seu adhuc
quod generacio mea spiritualis fiat plura requiruntur. Nimirum
quia adhuc quod creatura aliqua corporalis generetur multa
requiruntur. scilicet labor multiplex varia supellex domestica
materia et varigena bona verba quibus mei matris mee
et sororum imploratum auxilium. Nempe hominem qui spiritua-
liter parit me oportet graviorem laborem habere ac maiorem
perferre difficultatem. quam mater mea pertulit quando me
spiritualiter et corporaliter peperit ¶ Unum scias inquit tu me
paris et gestas super terram / quando hanc bonitatem meam
tibi in partu meo spirituali communicatam ante aliam meam benefi-
cenciam vel revelacionem fide dignam tibi ante factam. ma-
nifestas exterioritate verbo scripto. aut aliquo proportiona-
bili signo / decreto eciam cum me spiritualiter pepereris hoc
a. p. e. abscondere non debes exprimere qualiter homo sit
me spiritualiter parere. ut valeat ab homine agnosci quod me
partu peperit spirituali ¶ Et adiecit dominus. In partu spirituali est
aliquid tristicie et aliquid leticie sicut in partu naturali. Nam in
tali quando mulier parturit magnos habens labores et a-
maros dolores / largas lacrimas effundit. Postquam autem
peperit iam pressure non meminit sed ipsa et ei assistentes
mirabiliter gaudent ac ob hoc puerum natum cum vocibus
pre gaudio sursum elevant. modo consimili agitur in partu spirituali

Que et quot requiruntur ut spiritualis dei generacio perficiatur. C. xxix ·29·

Ex hiis ergo que dominus misit eam sic dicere, et ex hiis que iam
predixerat, eius nove colliguntur que in deum diligentem
1 contingunt ¶ Primum est temporalium renunciacio, peccatorum dimissio
et confessio purificacio ex dei amore. Nam dicit veritas Luce
xiiii. Nisi quis renunciaverit omnibus que possidet non pot-
est meus esse discipulus nec immundissimus deus nisi mundis men-
tibus concipitur, sicut non ab aliis nisi mundis cordibus
2 videtur ¶ Secundum est lacrimarum et sudorum larga effusio excitata
in flammacione. Flet enim plus ex desiderio quod habet pro domino quam
ex expulsione quam habet pro peccato dicens cum propheta. Lacrime
mee erant mihi pa. die ac nocte. dum dicitur mihi cotidie. ubi est deus
3 tuus ¶ Tercium est suavius diligentis et dei mentalis con-
solacio in amicabili exhibicione. Nam dixit dominus quod vellet
diligenti se, se amicitiam exhibere. Quia ipse est dominus hiis
qui tribulato sunt corde, et quasi mater blandiendo unico ace-
4 nit filio ¶ Quartum est intima ac inmediata cum deo con-
iunctio, insincera ac incausa dilectione. Quia dilecto non sunt ali-
quod esse medium inter se et dilectum, nec deus vult inter se et
suum spiritualem amatorem esse medium ut aliquotiens est dictum. ante
5 ¶ Quintum est sobolis divine formacio ex semine celestis infusione
in vobis formate quidem Christus in vobis prout apostolus dicit. Gal. iiii. Fi-
lioli quos iterum parturio donec Christus formetur in vobis. Formatur
autem Christus secundum in proposito ex gustu mentis ineffabili delectabili et
inusitato. et hoc fit ex mentis pace seu tranquillitate tam
quam ex celesti semine. Unde idem apostolus dicit. Pacem habete
et deus pacis ac dilectionis erit vobiscum. Fit autem hec pax po-
tius. Quando mens libera ab omni sollicitudine et angoribus cor-
poralibus solitudini fantasmatum delectabiliter in deo requiescit
Hec vero vera pax est de qua dicitur philip. iiii. Et pax dei que exsu-
6 perat omnem sensum ¶ Sextum est mentis immutacio ex prolis
deifice concepcione ut dictum in fine precedentis capituli est dictum quod
gustato spiritu desipit omnis caro. Ideo incorporalibus consolacionibus
affligitur et in spiritualibus continue plus delectatur et dicere potest
cum Job. Que prius nolint tangere anima mea nunc pre angustia
7 cibi mei sunt ¶ Septimum est mentis innovacio ex dei mentali
spiritualis fetus gestacione. Iuxta illud psalmi. Renovabitur
ut aquile iuventus tua. et illud apostoli Renovamini spiritu mentis
vestre et induite novum hominem qui secundum deum creatus est

in iusticia et sanctitate vitatis / talis enim homo non mundalis / nec
secularis / sed spiritualis existit et in bonis se moribus exhibet ¶
Octavum est in ubera amatoris blanditionis ac gratitudinis · 8 ·
precipue ex cordis et anime per divinam repletione. Nam cum divinum
ipsum mente conceperint et diu gestaverint replentur dulcedinis
ac desiderii estu et deliciarum spiritualium desiderativo fructu / ex
quibus sensuum exteriorum actus aufferuntur. et quia dominus magnifice
est in mente et corde in eis tam blanditionis quam gratitudinis
ubera variegena oriuntur et aliquando aliqua eorum per os proferuntur
ex habundancia enim cordis os loquitur. Unde devotus ubis a
liqua sunt per gratiam dicta. videlicet ista. Domine ihesu christe sis lau
datus ac veneratus pro tua immensa bonitate et sancta ac
ineffabili trinitate gloria patri et filio et spiritui sancto. Laudatus et venera
tus sis tu pater domine pro omnipotencia tua. Laudatus ac ve
neratus sis tu domine ihesu christe pro humanitate tua. nativitate tua /
fatigatione tua et ceteris divinis beneficiis cum gratiarum actione in
feriore spiritus eminencie. Nam sepe ipsa sunt ita plena di
vina dulcedine dei amore gaudio et gratitudine quod non in
ubera prorumpit. cor eius fragile oppressum finis. sicut musti
absque spiraculo lagunculam confringit. Unde illud Job dicere
potuit. Venter meus quasi mustum absque spiraculo quod lagunculas
novas disrumpit. Et illud psalmi / Sicut adipe et pinguedine
repleatur anima mea. et labiis exultationis laudabit os meum / Hanc summa dul
cedo est in ea quasi quedam pinguedo per quam multociens in
hac spirituali pinguedine singula eius membra apparuerunt
pinguia ac per hanc eius viscera tamquam celesti rore repleta
eius pectoris intrinsecus et tunc proles mentis in sua intima
operatione non solum intelligenciam eius excessit / sed etiam partes
corporis et cordis distendit et quasi fetus unus esset sic sa
liit et se movit ¶ Nonum est nubibus cessatio pestiferalibus · 9 ·
desideriis et lacrimatione. Unde ex hoc quia dominus magnifice ha
betur in corde. homo ex magno amore tam diu fervet et orat
et supplicat. blanditur et rogitatur per optima que scit for
mare ubera quod ~~re~~ repletur tam estivali desiderio ut esse cum domino
ac flet tam ferventer et largiflue quod vix obmutescat et quasi
nichil valet dicere nisi unum tale. Ihesu christe dulcissime mi domine
animam meam accipe ad te. Hoc nomen ihesus christus tunc est
in corde eius dulcius iubilus et sic pernoctatur tunc que est quandoque

conatus ut spūalis fetus efficiatur · i · ut maifestetur bonitas
diuina tue hoi impertita. De hac ptiucione scripti z mysteria do-
mine afraac tua concepimus et quasi p̄imus ⁊ pceptimus
spm **Dns ostendit quod se ipm in anima parit · c · xxv**

30 Blandoris dns de sua dignacōe solz seipm spūaliter
in anima hominis parere. et quod hoc fiebat in mente
eius b̄. ei illud dedit tali modo cognoscere. Tunc inquit
in mente tua me pio/ quod i magno ardore caritatis mee
i flammata in excellenter necessa dilectione me diu querere
cū estuanti desiderio ingentes labores in longis vigiliis
pegisti ac multiplicibus blandiciis et cum fletibz uberri-
mis michi supplicans te totis viribz fatigasti Et ex-
tunc obtinuisti me sine ymagine cingentem circa te inte-
operantem et tibi tribuentem delicias spūales sup modum te
delectantes ac solacium se gaudium mirabilem ita supereminentes
et magnifice quod beneficiencie mee quas tue sunt tecum
secundum suum ambitum non vales comprehendere sive scire/ nec
potes modum illum singularem et debite exprimere/ neque ea
que tunc oporteret. ego cum p̄tus pmaxime in anima tua
facies quiui/ animam apprehendo et amoris nexibz fortiter
stringo. ac p̄ficet anima sua potes no est ebria et indeli
cis consopita/ que lz me fortis tunc diligat ipsa tamen
ppt magnitudinem dilectionis mee se diligere modicum
estimat ¶ Post hec inquit b̄a hunc modum pcipiendi mille
tociens sensi/ tamen eius nomen cognovi cuius beneficencia
fuit ita iocunda ac si fuisse in vita eterna In eodem modo
hoc nomen ihesus xpus fuit dulcissimum et de facili veni
adceptum/ ac quod mysterio est quod dns dixit se in anima pa
rere tunc valde interius in corde oritur gaudium/ exterius
cessant blandiciones et supplicaciones ac dum cum anima collo
quium. intus tamen fit suave susurrium. patris et filii et
spus sci simul habitaculum quam magnum in anima faciunt
tenam ¶ Porro dns dixit sepe hinc b̄e quod se iam pe
perit. et aliquando quod se iam parere voluit/ et aliquando quod se de
inceps iam pariet/ Et hoc vltimum b̄a sic exprimere solebat
dicendo/ michi tunc sic erat ac si se dns in anima mea pa
rere vellet/ Ita quidem mebat. michi tunc sic est. ac si dns
in anima mea se parere vellz. volui phoc significare hoc

id est michi nunc sic / sicut tunc est quando deus se in anima mea
parit ¶ Exclusus est pater / pater quia verus sit ac perfectus hic
donum dei quo se sic ut premittitur exhibuit et se in anima hominis
parit · Qualiter filios suos spirituales fideliter educare debent
De generacione spirituali et sollicite custodiant · Capitulum xxxi · 31
Quia sponsa haberet filios ad vitam generatos eternam deus ei
multa haberet dixit / filii inquit tui melius malicie sunt
quia tu nam oportet te eos spiritualiter plures parere et neminem
habes qui spiritualiter gignunt se / sed te oportet hoc per te ipsam
facere ¶ Porro si filii tui quos ad spiritualiter pariendum tibi dedi
te fuerint secuti / eis absque ambiguitate potius vitam eternam
permitte / talem permissionem mater naturalis filiis naturalibus ut na-
turalibus non valet facere · nec aliquis tibi vitam preter me eternitudi-
nalis permittit eternam ¶ Signum profectus tuorum accipe fi-
liorum · nam me volueritis te magno amore in tantum quod me
magnifice senciat et ab intimo corde suspices · et cor tuum
in tantum ex amoris magnitudine elevetur se quasi se velit
elevare tecum oporteat dicere ex intenso amore · Domine
mi dilectissime filios adimia meos / Quando hoc experieris fili-
os tuos gemio pario · attamen minore quam prius labore
et hoc idem est signum sit quod eis bene succedit · qui filii per
caritatem fervienter ardentem michi proximus in sua unum
annum attrahuntur quia in sua multos annos prior frigi-
di ¶ Tempore cum filiorum tuorum pertinecione sepius iterata
oportebit te maiore ac gloriorem labore facere quam matrem
naturalem in una pertinencione · nec tamen aliquis preter filios
parere spirituales sine me sicut nec naturales gemio generare ·
¶ Rursus dixit deus sumptuosum est valde filios spirituales
educare qui lactantur et nutriuntur cum lacrimis multis ex
magna caritate effusis · nec oportet te mirari quod spiritua-
les filii adhuc in seculo existentes non nisi cum difficultate
possunt custodiri quia deum suum semper timeam / presertim pro aliis
hominis custodiam · Nam tu ipsa es experta circa te ipsam an-
tequam reclusionem quantam habueris difficultatem in custodien-
do animam tuam propria licet sollicite laborantis · ipsam tamen per-
fecte non sufficeristi custodire · ymo adhuc te in reclusorio ex-
istente alius non sufficeret te nisi cum difficultate notabili
custodire ¶ At illa cum professus suis spiritualibus sibi a deo datis

laboriose sudaret · desiccando · orando / flendo · ac per hec ita viribus
exhausta pluries quasi vacillando incedebat · Dominus ei autem
dicebat · Si quis te interrogaverit quare ita infirma existis / dic
tu ei vnde · Ego habeo filios quibus oportet me parere et
pro eis tam magnos labores ac sollicitudines gerere quod opor-
tet me macerari et deficere ex infirmitate ¶ Sponsa huius verbis
et pluribus aliis admodum consolata / adhuc permansit de domini
nerante que cor eius spiculis et sagittis amoris tam vali-
de quod non valuit ibi diucius stare . ymmo nec sedere . sed pre cor-
dis dilatacione ac vehementi ad pavimentum prosternebat se .
nunc in uno . nunc in altero iacuit latere . aliquando super genua
et manuum articulos erexit se . hinc versionem corporis sui

per vnam horam continuauit perquam eciam anima deuote domino
regracians ad ipsum pulsa gratitudinis quibus melius valuit
altisone clamauit ¶ Hora illa elapsa dominus misit ei spiritum ·8·
sanctum cum caritate sitiente et magna dulcedine / Ex quibus
cor superius affluens dulcedine effluebat. et ideo sponsam
tam sedere oportebat nec super genua et manus ut prius
incumbere valebat. Cui dixit dominus Ecce quia sepe et
hodie spiritum meum misi / commune est pati per magnificam / et
vlterius sagittatus est ocius. quomodo tibi nunc est. Hec
sentis bene / et ego volo nunc spiritum illum in anima tua parare /
At illa regracians blandiens domino ac iubilans canta-
uit ¶ Item ei spiritum sanctum cum caritatibus insaciabili et hylari
misit circa horam vesperorum ¶ Post vesperas cum vna hora ·9·
transacta vice decima et vltima pro die illa misit ei spiritum
sanctum cum caritatibus languente. vulnerante / energia. et illu-
minacione magna. Caritates effecerunt mea tam intensum
ardorem sudoris et lacrimarum tam largam effusionem quod putauit
si tam per illuminacionem quam per diuinam instruccionem non aliter in-
formata fuisset quod spiritus sanctus adiecisset cum caritate feruenti
ardente. Dicte caritates suas exercuerunt operaciones / et dominus
reduxit ei ad memoriam sex homines quorum cuilibet aliquid de-
bat pro quo ipsam effundere lacrimas oportebat. Dies magna
Quadam quinta feria missus est ei ¶ nouies. Capitulum vi ·6·
spiritus sanctus nouies. Primo cum caritatibus tribus videlicet ·1·
exhylarante. infatigabili et lata. ac spaciosa. nec non cum
magna dulcedine / hinc in magno amoris ardore. per sex
horas noctis cum spiritus hylaritate orauit et cantauit sine
fatigacione ¶ Cum post hoc rapta fuisset et ad se redisset ·2·
missus est ei spiritus sanctus cum caritatibus inebriante. violenta /
inquietante. impaciente / et cum magna dulcedine / habuit
exhinc dulcedinem animam liquefacientem. et decorate efflu-
entem / sensit ac si impugnata esset pressuram / et desiderium
ad sacramentum habuit valde magnum ¶ Quo sumpto dominus ·3·
multa bona ei contulit et spiritum sanctum cito post hoc cum
tribus caritatibus misit. scilicet alte desiccatiua. violenta / et
languente. Ex prima habuit esuriem per vitam eciam ineffabilem
magnam. Ex secunda magnificata tamen impugnata grauiter
sustinuit pressuram. Ex tercia ita pre amoris languore fuit

vibus destituta, ac si esset breviter moritura. Cumque in huius carita-
tis actionibus fuisset quasi in extremo spiritu constituta, dixit ei
Dominus. Hodie sacramento eukaristie valde magnam habuisti
esuriem ex intenso pure desiderio procedentem. Nunc ita mag-
nam esuriem et tam intensum desiderium debes habere ad vitam
4. eternam. ¶ Quarta vice misit ei spiritum sanctum cum caritatibus statete
5. exhylarante et magna dilectione. ¶ Quinta vice cum caritati-
6. bus fervientibus ardente et fortiter vulnerante. ¶ Sexta vice
cum caritatibus alte desiderante, languente et se statente.
Et dixit: Dic ad C. Tu in vita tua non vidisti hominem ini-
ta cena indigentem et vehementer sicut me ad ipsam aspi-
rante, et tam libenter ingredientem. Michi quoque multi-
me aliter est quam erat quando adhuc primo veni. Tunc enim me
dignam ut tecum loquerer reputavi. Nunc vero etiam
ut videam non estimo me dignam. Profecto si michi tunc
ut nunc fuisset innotuit adhuc accedere presumpsissem. ¶ Celsius pro-
funda humilitate depressa se miserrimam non solum reputa-
vit, sed etiam reputari et pauperrimam haberi desiderabat,
quia utique humilitatem magis habuit ex affectione quam
caritas informat et inflammat, quam ex sui defectus
cognitione, quam veritas generat et conservat. Et si humi-
lem esse utroque modo sit laudabile, laudabilius tamen est
hoc esse ex affectione quam ex cognitione. Quia verior et me-
lior est humilitas quam parit caritas, quam illa quam solum
7. gignit veritas, caritas veritas vel invenit veritas. ¶ Septima
vice immittens ei spiritum sanctum Dominus cum caritate violenta de-
pressit eam et dixit: Dic. Ihesu Christe dulcissime mi Domine, in me
gratiam tuam infunde, et cum variis virtutibus vesti me. ¶ Oc-
8. tava vice cum caritate languente et magna energia,
sicut mortalis infirma et quasi morti proxima, cor
habuit ex intenso ardore arefactum et quasi in se ha-
buit virum vix valuit assistente tantum ut se erigeret
pro potu. Quam sepius ita fuit cordis tam ardore quia ca-
ritate absumptus, ac si fuisset super lapidem vehementer
fervidum effusus. Nec huiusmodi potius ipsam refocillabat,
sed magis affligebat, quam ipsa ipsum dimittere non audebat.
9. ¶ Nona vice misit ei spiritum sanctum quando iam fuit post completorium
tum vespertinum cum quinque caritatibus .f. vulnerante exhy-

laxante · sitiente / insaciabili / et infatigabili / nec non cum
magnis / dulcedine et ullinatione · sicut erat delicijs afflu-
ens et repleta · fervida et ullinata · caritate vulnerata /
agilis et gravissa ¶ Sciendum quod supra in fine octavas na-
tivitatis virginis beatissime domini · etiam dies unius
in qua nonnes est ei missus spiritus sanctus · Dies in qua vi-
P similibus diebus dominus misit ei spiritum cies · Capitulum vij 1
sanctum octo vicibus / de quibus anticipatum unus · In quo
primo misit eum duabus caritatibus · scilicet infatigabili et ex hy- 1
larante ac cum magna dulcedine ¶ Secundo cum caritatibus
quatuor · scilicet vulnerante ferventi ardente · sitiente · et desi- 2
derativa · fecit cum hoc continuum in anima hec magnum / et hoc
solum quod fieri in caritate sitiente ¶ Tercio cum caritatibus 3
inquietante impaciente et insaciabili ¶ Quarto circa prin- 4
cipium misse cum caritatibus vulnerante et desiderativa magni-
fice · Ex hijs duabus missionibus valde accensum ad deum habuit
desiderium ut ipsum susciperet per eukaristie sacramentum / et ad-
venit ei celeriter currens / varia spiritus bona et sex carita-
tes secum afferens / videlicet fervide ardentem · alte desiderantem /
inquietanter / impacienter / insaciabiliter et anxiam / hec omnes
suas extendentes operationes et sua pocula propinantes in receptu
desiderium sudorem et fletum · saporem et gravamen mag-
num abstulerunt et exciverunt ¶ Et dixit illi dominus / Illud
quod sponte habuit anima tua in vita tua hoc oportet te
semper tecum gestare cum anima et corpore / porro quare non con-
fiteris sine dilatione cum nescias an in hiis magnis permaneas
usque cras · At illa non obstante confessione priore · eo quod cum
nulla haberet peccata mox confessa est cum magnis fletibus
et ardore sine mora ¶ Confessione finita / addito et caritatibus
predictis instigantibus · in fletibus singultuosis · blandicionibus
amatorijs · et insaciabilibus desiderijs · clamavit ad deum /
humiliter supplicans · ut eius ipsam acciperet in suum regnum / Cumque
in hijs bene tribus horis ad meridiem continue clamasset
ad deum / cepit remitti eius desiderium quod fuerat excellenter
magnum et amore afflictum · sicut vere tunc erat ac si extre-
me et usque ad mortem fatigata fuisset / et iam revixisset et
quasi in hominem alium mutata esset ¶ Cui dominus amicabili-
ter valde loquens dixit · medicus anime tue plus cognoscit

eius vulnera que sunt putrida / quam magna / quam fetida /
et inmunda antequam detexerit sibi illa. Scit etiam quod non
indigent abstinentibus herbis mordacibus tamquam meditame
to curiosissimo et expulsissimo sed solummodo unguento suavis
suavem lenitivo / et dic ad C. Quanto dominus amicus concessor
communio. tanto melius ipsum cognosco / eiusque dignitatem et
4. meam insciciam ac indignitatem. Quinta vice misit
6. ei spiritum sanctum cum caritate violenta. Sexta cum caritate
7. exhilarante et magna dulcedine. Septima cum carita
tibus languente simplici desiderativa et magna ener
8. gia. Octava cum caritate stabilente et illuminatione. Nota
plura hac die sicut et alias fuerunt divine consolationis benefi
cia opera et documenta. que obmitto brevitatis causa con
muniter / solum nominibus caritates certa spiritus sancti emissio
nes obmittens describendo / etiam operationes / quia quales sint
ille supra in tractatu de caritate aliqualiter sunt expresse

8. r Septies in una. Dies magna septies. Capitulum viii.
die spiritus sanctus multotiens est ei missus. Primo cum caritate
1. ferventi ardente et magno gaudio. Secundo cum caritate
2. liquefaciente que liquefaciunt cor. quod ex hoc magnum habuit desi
3. derium ad sacramentum. Tertio cum fervente ardente / dicens.
Domine Ihesu da michi fervens balneum et acutum lixivium
ut animam meam possim efficere mundam / Hoc dicens statim ex mag
no amoris ardore / sudor de corpe erupit. et ipsa confitendo lar
4. gas lacrimas effudit. Quarto item cum caritate fervente arde
te ipse sumptionem eucharistie tam magnas ac multas lacrimas
tunc habuit quod pene dubitavit quomodo se inclinando aptaret ut
sacramentum acciperet. Cui dixit dominus. Sancta Maria Mag
dalena primum exemplum obtulit perfectus ipsius suos adde
bite penitendum quam unquam eos provocat adpeccandum. Hec
ergo audiens magnum habuit gaudium et accepit sacramentum /
in quo dominus ei quasi celeriter currens videbatur advenire /
cuius benignitatem cognoscens flevit largiflue fervente ex
amore / Cui dominus. Si adhuc dixit. C. tunc. Quare ita fortiter
ploras / Cui ei videas. Ita magna in domino congnovi benig
nitatem. qui ita dignatus est velociter currere ad animam meam
quod ergo inde obstupui huius animacionem. Et addidit dominus. Tu ibi
es bene balneata. At illa sic esse cognoscens sedit tota

ex sudore madida et fletibus ac laboribus fatigata /
¶ Cum dominus spiritum sanctum misit cum caritate infatigabili faciens 4
hoc gaudium in eius anima dicens / Dic exsultans manibus
Jhesu Christe dilectissime mi domine / regracior [illegible] tibi pro
magna bonitate quia congnosco me ac recens et
agilis effecta feci quod prius dominus imperavit ¶ Post hoc spiritum 6
sanctum misit cum caritate languente et magna energia
ex hiis facta iam languida anxia et doloribus repleta. 1
Septimo cum infatigabili que abstulit omnem laborem
et dolorem mox faciens ipsam agilem et recentem. Dies

De diebus in quibus in una sexies. capitulum ix. 7

Die sexies missus est ei spiritus sanctus / explicatur primo in quo pri 1
mo venit cum caritatibus sitiente, inebriante et dulci il
limatione et tenerorum multitudine. Gaudium in anima fuit per
magnificum que deliciis liquata defluebat et cor ex
uberante dulcedine effluebat. Post primus ebrietate et de
liciarum teneritudine orare non valuit, sed sumpto corpore
plane domini ipsum ut in sacramento suscipere intense desi
deravit / Cui ille dixit / Anima hac nocte in raptu amma
tua est delicate refocillata / Ideo ad nichil valeo nunc
sic esuriem et desiderium nisi ad me dominum tuum. Dic deprecatione
Domine Jhesu Christe adiuva me ut semper fortis esuriem et
sitim pati // Cumque illa grates et domino in sua maiestate 2
contemplata priorum finisset misit ei spiritum sanctum cum caritati
bus ferventi ardente et exhilarante inficiens eam flere
pro iactura persona que non fuit sufficienter sollicita in con
servando bona sibi commissa ¶ Tercio misit ei spiritum sanctum 3
cum caritate vulnerante qua cor eius spiritualis transfixa
gustavit amoris. Tunc dulces lacrime de oculis eius effluxe
re. Cum dominus autem longe misit eam fortis flere pro eo
quod predicta persona diceret se in suis laboribus magnam solli
citudinem habuisse ut singula sibi commissa expedirentur
debite / que potius se debuisset cum fletu dixisse / Ego proch
dolor in michi commissis curam nimis modicam gessi /
nec valeo sufficienter et debite pro hiis michi creditis
sollicitari. ¶ Circa principium tercie missus est ei spiritus sanctus
cum caritate bulliente cor eius ex hoc sicut olla ferventis
bulliebat. et totum corpus eius ut ignitum estuabat

ut ergo posset se aliquantulum refrigerare misit eam dominus
ad fenestram aperte quae dum ut cumque valuit se refrige-
raverit habens vehementer adhuc fervidum ad divinum desiderium
Dixit ei dominus. Dic ad e. tunc ipse fervidius ad divinum deside-
rium cor meum scire fuit ardore consumpti. Unus ne oblite
fili me modo permitte mori ¶ Ut e. legimus desiderium ignorans
propter hec vice sua missarum usque ad summam missarum pertraxit / qui
dum in celebrando fuit singulis vicibus gratie ex vehementi pro
divino desiderio ceperit usque ad fatigationem fortiter laborare
et modo quodam ineffabili pro divino clamare. Nempe cla-
mores illos gratie anima intellexit et aure sua audivit
¶ Accepto sacramento domino adveniens gratiarum caritate feliciter
incendit et vulneravit. letificavit et confortavit magis
fuit in anima et corpore. Ego pergaudio salute in quo talis co-
gitatus ortus fuit / O domine quo tam vera tua et boni-
tas tua est tam magna pardone magnitudine feliciter
arsit et largiter sudavit interiorum suarum viri in potens non
4 fuit ¶ Quasi una hora ante meridiem dominus misit ei spiritum
sanctum quinta vice cum tentationibus feliciter ardente et exhilarante
et magna illuminatione affectum inflammans et intellectum illumi-
nans / Et post hoc dixit. Nos scilicet pater et filius et spiritus sanctus
in anima tua voluimus facere tabernaculum recipientes in ea
habere mansionem nostram quam semper debes conservare mundam /
et hoc est necessarium quia nullo anime tabernaculo debet
comparari unum clavum. Et ego ob hoc tibi fecerit mitto spiritum
sanctum meum ut possis in mundicia conservare anime tue taber-
naculum / quod etiam debet ab ipso mihi displicentes eicere ipsum
dilatans magnificentie et totaliter aptans preparare ut quando cum
patre meo et spiritu sancto venero possimus libere ingredi absque
aliquo impedimento ¶ Porro anima tua ubi se ingrediendo
circuit / et non nisi vinum dilectissimum bibere mihi est multum pla-
cens et acceptabile quod ipsa sit domina in domo sua invitans
nos ad illam sit potens in ea ¶ Nos cum volumus ita
libenter ad eam venire cum ea et cum eam permanere quia libenter
adit nos / et desiderat permanere cum nos. Et dum illa gratias a-
gebat domino ei dicebat / fortiter flendo sanctum lamentum in voce
cum in tranquillitate magnum pertulit incendium / distribuensque pau-
peribus solum rex. in vita etiam sibi magnum preparavit pallacium

in quo iam habitaculum sibi fecit / Tu quoque fortis flendo bona
spiritualia dissipa. Sunt enim multi pauperes valde indigentes
quibus distribue ut tibi regnum palacium valeas parare ¶ At illa
dum peteret sibi adiutorium dominus fecit magnum in anima eius co-
nuntium dicens. Iam metuum debes esse pacis et quietis quo-
modo sis mecum gratum supplicans ut permaneam tecum ¶ Re-
sponsus inquit dominus / Filii tui melius habent quam tu / neminem
enim habent pro quo oporteat eos vices suas flendo tenere / quem
admodum te oportet pro eis facere. Habent autem amicos pro quibus
orant sed non plorant et magnos labores exercent. Nunc
quia nec per se ipsis valent satis flere. Ideo oportet te pro
eis grauius laborare. Nam si illa eis / de eis et de aliis pro
te dicta adtei recipere bene recognitus possent me te
illa docuisse, nec te plus illa unquam scivisse. et cuius posset
cognoscere. me a te ydioma tuum mutasse et amatorum remo-
visse et nouum tibi linguagium contulisse ¶ Post vesperas 6.
cum se primo corporaliter refecit tunc dominus ei spiritum suum cum ca-
ritate sitiente immisit dicens. Michi sis valde deuota et
grata. Etiam c. dicito que tibi refecta remitto. At illa prae nimia
deliciis et gaudiis totum liquefacta deffluens sensit
domini amplexus et oscula. et cetera que in caritate sitiente
te solent euenire. Dies in quinta quinque. Capitulum x. 10.
Una dierum in qua spiritus sanctus quinque est ei in quinquis ¶ primo 1.
venit tamen caritatibus infatigabili / insaciabili. sitiente
inebriante et exhilarante / dulcedine et illuminacione / quibus
primo potu agentibus illa prae nimia prae nimia magnitudine. deliciarum
tenerrudine. et spiritus ebrietate non valens exprimere tan-
dem caritatibus infatigabili et exhilarante pro donationibus
exprimens deuote orauit quousque anima eius adimpletus
excessiuum peruenit. A quo cum redijt dominus ei spiritum suum secunda 2.
vice immisit cum caritatibus feruenter ardente. violenta. sitiente
inebriante. et exhilarante. Sine extremitate ferrem ar-
denter fleuit. sed affectu cito cessauit habens exaltis caritatibus
totum corpus dulcedine repletum cordis iubilum ineffabiliter
magnum. totum anime valde delectabile et iocundum. Aliaque
bona tam magnitudine quam multitudine inexpressibiliter
magna in quibus sedere non valens orare. nec aliud quid
agere nisi pro deo aspirare. Cui dixit ei in talibus donis iam

domini sedentis/ Cui ille Sic sedes et facis ac si in pro-
priam venis in qua nullum est incomodum/ sed solummodo dul-
cedo et tripudium ¶ Erat illa ita dives et plena spiritualibus
bonis extitit quod ei nullus mundi defectus attingit. sed tota terra
videbatur ei dulcissima et ab omni defectu aliena/ Hec bonorum
excellencia per duas horas duravit quasi usque ad elevacionem
hostie in missa. Et in quibus orare nichil valuit orare ¶ Ex
3. tunc excellencie iubilacionis ac dulcedinis remisit et ei spi-
ritum sanctum cum virtutibus replicante et insaciabili immisit. Que
modo orare potuit et devote orans apud se cogitavit/ Quomodo
tibi nunc est et accidit et statim percepit predicta remissa esse
et spiritum sanctum divino missum fuisse. Percussit enim spiritualiter et sagit-
tis amoris et gracias egit cum lacrimis magnis ¶ Tempore illi-
us ad sanctam hostiam aspicienti dixit dominus. Ad me mecum
desiderium habeas et ora ut me suscipias dicens/ Cibus anime
mee tibi et refectio mea. nam valde fortis es mihi et sitio
pro te/ tu sis veneratus eternaliter et laudatus. Accepto sacra-
mento domini veniens deifice recepit eum eius. cum tanta gaudii
ymnum et varia bona anime afferens. que domino obviam tulit
et in eius amplexus ruens ipsum ad se fortiter stringens/ recte
sic erga dominum amicitiam egit. sicut homo in bonis moribus
bene exercitatus cum hospite suo nobili honesto et sibi aman-
tissimo hylariter et sollicite agere equali illa vultu sereno
et venerabiliter suscipere. decenter honorare/ reverenter tractare
et se ex amore ei totaliter impendere gaudere cum et delectari
cum eius adventu tam intime quod nesciret pro iocunditatis
et dilectionis magnitudine quid ei debite obediencie ac co-
placencie deberet primitus exhibere ¶ Parvo enim fiebat
commendatum ibi sompnus commendatum et simul in unum secretum anima inti-
me cum domino unita ei amatorie blandiri cepit dicens/ Jhesu
Christe tu vides fili dei vivi. Jhesu Christe dulcissime mi domine
tibi regratior quod tam gratiose ad me venis Item quod tam
amice tam consolatorie et tam magnifice ad me venis.
pluraque alia cum dixisset pulchre et delectabiliter blandicionis
ac gratitudinis liberi domini ei invidens ait. Ego non veni
4. solus sed mecum venerunt pater et spiritus sanctus ¶ Post vesperas
cum gracia se refecit. dominus ei spiritum sanctum cum virtutibus inebriante/
sustentante et exhilarante cum dulcedine et illuminatione immisit

namque manifeste quia prius quinquies in anima eius fecit multa
ipsam docuit et ei incognita priore fecit. ¶ Quinta vice misit 4.
ei spiritum sanctum cum claritate languente et magna energia. ex-
tunc infirma in magno fuit labore sicut per diem fuerat in
iubilo et dulcore. Dies in qua quater. capitulum xi.

Itaque diem unum in quo quater dominus misit ei spiritum sanctum ii. 1.
Primo cum claritate infatigabili et exsultante ac
cum magna illustratione. ¶ Secundo cum caritate vehe- 2.
mente. ex hiis ambabus missionibus magnum ad sacra-
menti desiderium habuit, cor vulneratum fuit. et ubi hec
fideles se reputavit. oportebat spiritualis patris adiungendum
divinum missa propter quam melius valuit peregit. ¶ Accepto
sacramento dominus venit amice inflammans ipsam tam fer-
vide quod sudor fluxit largiflue de toto eius corpore, anima cla-
mavit altisone. O creator celi et terre. Quanto hoc plu-
ries iteravit, tanto ferventior effecta fuit. Hanc ferventiam
incrementum accepit, quod ipsa se mori putavit. ¶ Cum esset 3.
in tam magno ardore. dominus misit ei spiritum sanctum cum claritate
fervente ardente dicens. Dic etiam ore sicut dixisti mente,
O creator celi et terre, Et ecce statim est quasi maturum, nam
tamen pertinacitatem fervet ardentem, quam per predictum clamorem
mens statim est refrigerata extremitus, pius incendium fuit anetum
Oriebantur consequenter in eius corde blandiciones supplices
nec graves aestus. et varie meliores oraciones. Post mo-
dicum dominus item fecit magnum in eius anima quinquies et non
potuit pre gaudio verbum unum loqui. ¶ Et dominus dixit
Ecce quam bene te nunc spiritus sancti mei missio cum quinque ...
cumulo preservata es ab interitu. Nec ego solum tibi bene-
ficium prestiti, sed omnibus diebus vite tue multa bona con-
tuli, plurima tibi dedi ad cognoscendum et varia ad gustan-
dum magnam tibi tribuo dilectionem ingentem devocionem et
multa alia spiritualia bona, omnibus diebus vite tue tibi con-
tuli de quibus nichil scivisti quod illa nunc habuisti simple-
distincte et liberaliter non recognovisti. Hanc ego tibi tot
bona impendi ab infancia tua ante professionem tuam, et
post in monasterio si ego tot bona fecissem aut facerem
uno vero sapienti homini servo meo ipse in hiis conteretur
¶ Sed simplicitas tua tibi venit in adiutorium ne deter-

ignorancia bonorum imputetur aspectum / te enim et opera tua nichil reputabis / ex tua humilitate et vera quam ab infancia tua ante et post maritacionem habebas libenter expellere pro me hoc quod valebas. Attamen quecumque egisti nichil reputasti quamvis apparuerint tibi pia et inepta, et fructuosa opera tua, et multa reputacione digna / fuisti eciam sine querela multis temporibus de cunctis tibi contrariis nec cuiquam retulisti que operabaris / Cognovi eciam in te hanc bonam voluntatem existere cunctis diebus vite tue / quia libenter pro me dimisisses quodlibet quod diligebas tam in hominibus quam in rebus. Quippe valde dum attinens contrarium te antequam totaliter secuta es me / Postea tunc tibi multa profuerunt / videlicet simplicitas tua voluntas bona et quod fuisti paciens tristicia secrete sine querela. Dic michi. Domine ihesu xpe mi dilectissime regracior tibi magnifice et ad minus me trahe ad te ¶ Hec sponsa iudice illuminata / oculum consideracionis ad bona convertit / que dominus ei ab infancia fecit et oculate cognovit bona domini varigina que impendit / Recognovit eciam quod de dyaboli impugnacione assidue et si quando in bono opere vel in visitacione ecclesie fuerat impedita / et ob hoc tam amare afflicta quod cor nimis doluit et lacrimas quasi sanguineas effudit / ipsa tamen non sine conquesta illum hominem ymmo nec suo proprio confessori ¶ Et adiecit dominus Tu debes revelare tuo .c. magnas illustraciones cognicionis quas tibi ante annos decem dedi antequam tibi cor extraxi / Ego enim te illustravi tam magnifice quod voluisti hostiam an esset consecrata an non cognoscere. Vnde dixit hec sola dno iuxta se quadam vice ad unum cimiterium ecclesie sancte Gerdrudis in Gdanczk valde mane venisse in quo stabat una collep me monstrancia et in illa hostia non consecrata / hanc homines videbant et ipsam reverenter tamquam consecratam adorabant. Ad quam dum ipsa venisset geniflectens ut devote adoraret cum magna caritate fervente ardente quam tamen tunc non sciverat se habere Incipiens adorare aciem inspexit hostiam / et lucidissime illustrata mox agnovit ipsam non esse consecratam. Hoc nempe oculis mentis non corporis cognovit. Cum eciam domini purificacione cognicionis

sic dixit / hic nō adores nec ores / ego enim nō sum ibi ut
i sacramēto. s3 est panis solus nō consecratus ¶ Que hec
audiens celeriter abijt et nulli hoīm retulit nisi famulo
suo qui sibi prius de hostia dixerat. et qd illud dum in sacra-
mēto mane ante inicium missarum vide poss3 / que videre ma-
ne desiderauit. tam intense qd sibi fuerat multū penale
vsq3 ad celebracōem missarum expectare ¶ Porro hoc au-
sollicito illi famulo amonendo dixerat ne predictam hostiam
adoraret. quia consecrata nō esset / qui strictissimo habito
cū vitricus ecclīe sic esse inuenit. Rector vero parrochia-
lis ecclīe hec percipiens illos qui sacristanis dicte hostie cura
sa fuerant inuestigauit. eos3 digna pena emendauit.
Non tamen vulgatū sunt quis illam nō cōsecratam mani-
festauerat primo. Et quia hec nō fuerat passa reuelacōne
dno similis regratiata. dns ipam arguens fortiter flere incepit
et ut fm reuelaret. c. misit et penis consolatoe dixit
hoc ab ingratitudine debet te excusare. quia de dicta
reuelacōne nō es gloriata coram aliquo hoīe nec un-
quam elata in tuo corde ¶ Huius dies hec valde gratam
se exhibuit et dns abeta omnem curiale effigiem abstu-
lit dicens. modo debes me spirituali patre. Ut illa dum
opa precuni pri exijsset et dum in magno gaudio sedisset
Dominus misit ei spm scm cū magna caritate sentiente
que exhoc repleta est tanta iocunditate qd nō valuit
orare cogitans apud se. O quam laudabilis est dies iste
Cum dns missionis spus sci mei dies .1. penthecostes non
debet solleniores et laudabilius apparere ¶ Cui sic ait
dns. hoc magnum tibi prebuit auxilium et adhuc vehemendi
prestatum. quia ad me desiderium habuisti valde intensum.
et quia firmiter michi adhesisti. quod tibi amicos abstraxi /
et ab omnibz que possedisti dimidiam. Primo quando plus te
a proximis dimidiam. tanto magis desiderium intensius desi-
derasti. hoc vtiq3 debet tibi prodesse. hic in tempore et in eternum te /
et propter hoc volui reuelacōem facere predictam. Dic. Domine
Ihesu xpe mi dilectissime regratiator tibi magnifice et me nō
inuat ut sim grata. Dies in quattuor tempora. capitulum

Unum diem de multis accipe in quibus dominus ei spm ·12·
scm ter misit et varia bona contulit ¶ Primo cum ·1·

caritatibus infatigabili / exhylarante et dulci / intensum ex-
hus ad deum desiderium habens ita expedite orarunt et con-
fessa sunt quod sibi apparuit hoc donum specialiter. Ante primam missam
tamen tunc effudit lacrimam. Quia valde magnam habuit
iocunditatem et exultacionem ¶ Circa principium misse dominus misit
ei spiritum suum cum caritatibus scilicet ardente / alto desiderativa /
lata et spaciosa / et impaciente. Hinc scilicet intensa. Flens
primus et dulciter affectuose orauit in spiritu pro multis loca cur-
rens plurimos pro quibus ipsam dominus orare misit. Sine lacrimis
quasi cum assessorio assistit / Hec significabat acta caritatis late et
spaciose sunt. Cui sic assistenti dominus dixit. Hoc michi est
acceptius et illis hominibus utilius quasi si currere pedi-
bus corporis ad infinitos ¶ Porro in tercio hec sanctus Mattheus
evangelista et apostolus cuius festum tunc fuit ei plures anime
apparuit splendore suum sepe ostendens per modicum et abscondit /
cor eius ipsam letificans / magnum gaudium fecit in anima eius.
ammonens ut in bonis sibi concessis scilicet spiritualibus esset larga
et quod peteret quibus verbis predicaturus in illo die ita proficeret
audientibus sicut sua verba sunt proficua sancto Mattheo
Dixitque post sermonem quod oraret pro predicto predicatore quia
fatigatus esset ex sermonis longitudine. Et ideo non valeret
attente et in fervore spiritus orare ¶ Hoc dicto spiritum eius
mentem removere absque omnem creature ymagine. Elevans
eam alte nichil de transitoriis permisit adherere. Cum diu
aliquantulum dum elevata / et ad deum pro desiderium fortiter
tracta libera permansisset ab omni creatura. Festivitas
illius diei magna est ostensa. Domus interius eius cum magna
sanctorum multitudine sese ei exhibuerunt amicum et dominus ipse ele-
vacionem hostie ei dicebat ut ipse festi sollempnitatem
exemplar pallium acciperet et se amiciret. Duo tunc homines
etc. in visione ymaginaria precialiter apparuerunt et volentes
absque pro se orari desiderantes. Cum sed dimidiam illorum precaria
ferret moleste et intenderet de illis conqueri suo domino quia
libenter orasset precium absoluta ab omni ymagine dixit ei
dominus. Illi hoc non fecerunt quod tibi sic presentes extiterunt et pro
se orari appetunt / nec ipsi valent desiderium tale ad unum
hominem habere. Sed ego pro me egi quod tibi apparerent tam deside-
rabiliter. Quibus quia sunt consanguinei tuorum dilectorum / ideo

obviam tunc eis debet bene fieri et de bono tuo et illorum participabit/
¶ Ad illam voluntatem domini intelligens pullus affectuose oravit
intensissimum habens desiderium ad sacramentum. Cuius accep-
to dominus anime adamate veniens caritatis gaudium et dulcedi-
nem largitus ei attulit et multa consolacionis beneficia pro-
dicendum conferens multa revelavit tam magnum in anima eius
fecit convivium/ Ac sic magnificatus eius venter ac si cum mag-
na caritate sitienti venisset. Secunda excessus iam fuit et in corpore
saciata/ ac si fuisset optimis dapibus et potibus refecta ¶
Cuius domum predictam valde iocunda fuisset et domum spiritualem pepigisset 3.
ipse post vesperas misit ei spiritum sanctum tria vice cum caritatibus
languentem. Alte desiderante. et magna ebrietate/ traxit
eam tam fortis ad se sursum removens ab ea ymaginibus
quod in corde suo fortes sensit tractus et anima usque ad ex-
pirandum posse tamen clamans altisono tonitruis granditer actores
domino referire. Recapitulacio de missionibus spiritus sancti et
excusacio de narracione visionum. Capitulum viii. 13.

Dominus deus licet in se simplicissimus est tamen valde
multiplex in suis operacionibus et hanc multiplicita-
tem inter alia eciam ostendit in variis spiritus sancti missio-
nibus/ que fiunt huic gracie facte tam variose quod nescio quis
sufficeret eas scribere aut enumerare ¶ Nam aliquando misit spiritum
sanctum cum quinque caritatibus scilicet ardente. violenta. sitiente. in-
ebriante. et exsultante. Aliquando cum sex. scilicet liquefaciente/ im-
paciente. ferventer ardente. infatigabili. desiderativa/
sitiente. et insaniente. Aliquando cum septem. aliquando cum octo
aliquando cum novem. decem. undecim etc caritatibus. addens
dulcedinem convivium. et illustracionem. humiliacionem proprie volunta-
tis. vel proprii spiritus mortificacionem etc et fiebant variaciones in
caritatibus et excitaciones in earum actibus quas non est neces-
se totiens specificare/ sed habebant certa suis adtractatam cari-
tatibus. et habebant unde caritatum actus. quos actus cari-
tatis cum quibus missus fuit spiritus sanctus quandoque singulariter ex-
erebant et hoc varius. quandoque primitus et simul plures ac-
ciones suas agebant et earum quelibet suum peculium exprime-
bat et hoc frequenter fiebat saltem quando cum pluribus
caritatibus spiritus sanctus fuerat missus. In ea secunda multociens
anima inquiescebat valde nesciens propter multitudinem

agendorum quid eorum primo esset agendum. Instigabant namque
aliquando caritates varie ad actus quasi contrarios exem-
pli gratia quando spiritus sanctus fuit immissus cum caritatibus sitiente
inebriante, contemplativa et exhilarante, ac cum caritatibus
infatigabili / insatiabili / avara, desiderativa / liquefaciente
et insaniente, tunc prime tres inclinabant ad fruendum deo
in iubilo et quietis silentio, alie sex ad serviendum deo pro
meritorum excrescentia et multitudine laborum / desiderativa
avara et insaniens, efficerent ut sperem eius animum. Prime
vero tres gaudiosissime. Fiebat ergo inter eas caritates inter-
dum quedam ultro citroque concertatio donec altera alteram superabat
et tunc victa ad horam quiescebat. Quandoque alia similiter
opus perfecit et ipsa suas vires resumpsit, vel alia ces-
sante suum actum voluit exercere. Porro caritas que
diffusa erat in corde eius per spiritum sanctum qui sibi fuit datus
et variis mixtus, utebatur secundum suas species seu gra-
dus in suis actibus tam multipliciter / fiebantque missiones
tam multiplices cottidie et singulis plene nulla lingua
valet explicare. Efficitur nimis longum singula de spiritus sancti
missione, que ab eius sententia sunt ore hinc opere inserere /
Cuius in usitata missionum multiplicitate dominus volens
ostendere dixit ei in ultimo assumptionis festo virginis glo-
riose. Interrogavit inquit A. E. Si unquam de sanctorum aliquo quod
meum est in celo hoc legerint aut revelatum perceperint / hoc
ei esse quod tibi per me est factum, scilicet spiritum sanctum meum toties
ei per me missum quoties tibi misi et alia bonitatis mee bene-
ficia impendi / Semper quam merito tecum amicitiam consu-
etudinem per eos a te scriptum legerit ille se bene poterit meliorare.
Vere spiritus omnipotentis dei magna fecit sine ostensionis
evidentia qui ingressus est in eam ubi eam illam benedic-
tam penetravit, ardore suo inflammavit, suo lumine illu-
strante, robore confortavit, ab omnibus abstraxit, ad celes-
tia contemplanda elevavit / gustu suavitatis sue sa-
tiavit et totum eius consilium infecit / tribuens
ei carismatum dona, armans eam contra singula tem-
ptamenta: contra superbiam dans castum timorem et profundam
humilitatem, contra cordis duriciam pietatem et piam com-
passionem, contra ignorantiam / scientiam et debitam discretionem

Attende lector quomodo spiritus sancti dona sint contra temptamenta

 149. 74

contra pusillanimitatem. fortitudinem. faciens ei hoc facile
possibile quod sibi fuerat impossibile vel nimis difficile
pacienciam contra precipitacionem. consilium et prudenciam
divinam. contra mentis ebitudinem. intellectum et circum-
speccionem acutam / et contra stulticiam et specialem insipi-
ditatem / dedit ei sapienciam maturam. et in bonis celestibus
delectacionem. Preclarissimos enim suos effectus spiritus sanctus in illa
beata B[irgitta] distinctius declaravit. tamquam artifex omnium do-
cuit qualiter in ea fuit spiritus intelligencie / sanctus multiplex /
unicus / subtilis / modestus. disertus / et ut sapiencie verbum
sibi communicavit. xxi. effectus quos sine dubio experta est
ut patet in multis locis suarum revelacionum et inscriptibus /
sicut spiritus sanctus ipsam diversis ornavit quod in eius verbis o-
culis et factis bene apparuit quod spiritus donum sanctus in ea fuit
quam pectus suum et opera admiracioni vite plurimos in-
duxit Ex illustracione spiritus sancti lympidam cognicionem va-
[S]piritus sanctus qui eam ria et occulta · c · viii · ix.
incendens apertis perfundit / et continuo sitienti excitato
ad cordis audiciam predicens aptavit ad recipiendum desuper
illuminaciones divinas / quia cordi serenato lux veritatis se libere
infundit / Illuminabatur desuper eius aspectus quando ei intellectu[s]
ad cognoscendum varia difficilia et abscondita cognicione val-
de elongata / quorum aliqua hic breviter sunt perstringen-
da. Tunc quiete anima sua fuit sibi ex illuminacione prima
cognicionis si que in ea fuerunt peccata eciam minutissima
sic vidit sepe cum mesticia preservare non valens ... super
animam suam pulverem minutorum peccatorum. et sicut agitari
et spergi a vento humane fragilitatis. sic vidit quam deo
placuit omnia mala que umquam egit / et bona que ne-
glexit. videbatque ea tamquam presencia licet dudum fuerunt pec-
cata. Talem eciam cognicionem circa multos alios habuit
quorum non solum peccata presencia et preterita. sed et corda aliquorum inten-
cionem. aliquorum affectionem et aliquorum cogitacionem cognovit et
aliquibus ex illis premissa de beneplacito domini revelavit
Tercio sic vidit inter quatuor quinque corum fuit indigen-
cior / quis ferviencior. cuius anima melior aut minor /
quid in eis offendendum / quid diligendum. Sic vidit sepe
quod aliquorum incepit mammabus deprimeri vel illumi...

aut fedari / habuit enim lumen spirituale tam splendidum ad
contemplacionem alicuius anime. ac si haberet lumen corporale
tripplicatum late et perfecte illuminans aliquod mundum
ut posset oculate et faciliter videre si ibi esset aliquod
offendiculum aut immundum ¶ Amplius in dei visione vidit
aliquos adhuc viventes in carne dei esse electos ad vitam
eternam predestinatos / quos tamen revelare non est per-
missa sicut et alia multa ¶ Item ei lucidenter illustra-
te et per bonorum multitudine que in ea primo modum plurime
descenderunt estimavit quod totus mundus esset similiter plenus
et bonis spiritualibus repletus. ac quod omnes homines deberent esse
sicut ipsa capaces / haberentque bona spiritualia in tanta ha-
bundancia. in quanta tunc habuit et ipsa. Dixit dominus
Nunc contemplari debes mundum esse miserum et penitus
plenum quem estimasti spiritualibus bonis ita te repletum /
volo etiam te permittere contemplari et cognoscere
numerum hominum in mundo bonis meis magnis participancium
ut estimacio tua circa homines sit veritate firmata / Et
tamen estimacio tua circa homines et mundum ante habita
videlicet quod haberent bona spiritualia in tanta parte tu habun-
dancia non fuit reprehensibilis in isto ubi in congrue habita
hoc nam fit propter noticie et visionis quam habuisti de
bonis meis latitudinem et bonorum apparencium amplitudine
disparuit omne dubium in tua noticia. vidistique me habere
tam magna bona quod sufficerem toti mundo et omni homini exis-
tenti in mundo dare talia bona qualia tibi tribui / et hoc
eciam vidisti quod vellem facere dummodo homines se disponerent
ad me. ac efficerent se tam admittendo meos tales. ut bo-
norum meorum predictorum essent capaces ¶ Hoc dicto mox sic
vidit quod ad monasterium dominus de mundo et hominibus dixit. ac adeius
presenciam venerunt multi de toto mundo electi. quorum aliqui se-
cundum partem fuerunt religiosi. aliqui vero erant a mundo contempti
pauperes et in silvis habitantes. Erantque inter universorum
hominum paucis qui fuerunt tales. quod magnorum donorum bonorum
extiterunt experti et capaces. quorum vix tercia pars erat de
sexu muliebri / alie vero de sexu virili de quibus omnibus domina
tripartite tres nominat antea Tractatus ¶ Cognicione itaque illius
tam occulta observancia earum confitentem suo. d. petri et merito

secreta / vidit quoque ex limpida illustracione multociens ita
sua absencia sicut presencia. Unde quadam vice dixit ei dominus
dum per quinque annos ex eius visione fleuit / Si inquit per eis
fletus ad excecacionem oculorum quod aut quale haberes ex
hoc dampnum aut nocumentum / Et illa. Ego vellem libenter
excecari corporaliter ad finem / ut oculi essent magnifice illuminati
spirituales / Cui dominus. nunc claude oculos tuos et considera
quale nocumentum habes si ceca esses. At illa clausis oculis
vidit ita bene que erant retro se sicut ea que erant ab ante /
et ita bene aliquos distantes ac absentes sicut presentes. ad
quos pro tunc intuitum direxit suum. Talis huius autem magnifice
illuminacionis sic eam efficienter post dominum sensit esse caritatem
feruentem ardentem. quia quanto feruencius arsit tanto re
gularius plus illuminata fuit sensit et alios transparentes eam
luculencius cognouit. Causam vero dispositiuam et de
congruo meritoriam dominus ei pandens dixit quia con
siliis meis altioribus me sequendo acquieuisti et tuis superio
ribus mecum adherendo obedisti. Ideo debes illustrata ita
limpide per te et alios transparenter valens contemplari

Quare peccata hominum debuit cognoscere ob amorem domini et noticiam eius offensam sollicitans etiam. capitulum xv 14

Rursus multociens illuminata oportuit eam in spiritu per varias
prouincias et regna ac loca multum distancia peruenire et
peccata visa deplangere. Eciam sepe dominus ostendit ei in mundo
statum et vitam magnatorum peccatis plenam et superbiam in dig
nitatibus indigne viuentes. Sic ostendit ei sepe quam male
stat inter sacerdotes et simplices. et tota cristianitate / in quibus
singulis peruigena vidit mala erant cum ei illustracione di
uina illorum cordium sibi transparencia cognosceret in eis quid
diligendum et quid detestandum et quid deplangendum /
hinc oportuit eam sepe dum sanguineis fletibus. mundum plangere
et suis lacrimis affligere orareque dominum ut tollat omnem mundi
defectum. Porro dum hec celestibus et puris oculis
libens fixisset intentum et nichilominus mundi et hominum ma
la sibi ad noticiam distinccius fuerant perducta, ex illustra
cione quam utique prius ex hominum commixtione intrabat apud
se. quare oportebat eam iam peccata cognoscere a quibus
tamen libens vellet eam omni diligencia abstinere /

Ideo rogatis dominum ut sibi dignaretur super hoc respondere
Et ille. Homo autem ad maiorem noticiam potest pervenire debet
multa alia cognoscere, quia peccatur per noticiam perveni-
encium. Etiam tam debet esse purgatorium videre mala hominum,
et cor displicere peccatum. Et dicit ad c. p. Quanto maiorem
domini deum habeo noticiam, tanto plus oportet me timere eius
offensam, et si quod absit aliquid facere contra eius voluntatem
oportet me plus erubescere quam umquam vidistis virum hominem
peccatum dum facere. Nunc ego cognosco quod qui aliquid de
summo bono cognoscat per intellectum et capit per affectum, hunc opor-
tet habere sollicitudinem ineffabili magnitudinem ne amittat quod
habet. Revera in tota vita mea numquam fui ita sollicita
quanta modo pro summo bono quia numquam prius cognovi
tantam sollicitudinem ad custodiam summi boni esse
habendam. Sollicitudo quidem que habetur pro bono tran-
sitorio acquirendo aut conservando est parva valde respectu
huius sollicitudinis magne que est tam vehemens quod
sudor de toto erumpit corpore, et cutis se contrahens rigesc-
it. Vos quoque similiter actiones offerre domino pro me, quem
modo melius et modis cognosco pluribus quam umquam
prius. Nam cognosco eius omnipotenciam, bonitatem et iusticiam
ferum et rigorem adversus peccatorem. Ideo oportet me
tanto plus timere ne eum offendam, et ne bonum summum
amittam. Et oportet me tam sollicite et difficulter vivere
quod possetis secure dicere quod numquam vidistis hominem ita diffi-
culter et sollicite viventem. Certe nos mutuo cognosci-
mus nos et mortales sumus, si solo verbo offenderem vos
oportet me tantam habere erubescenciam quod non auderem le-
vare in conspectu vestro faciem meam, nisi obtinerem prius huius
offense indulgenciam. Quantam ergo erubescenciam de-
Deum beret habere qui offensam, estimet quisquam potest. Verum nec quod
finale reputet cognoscere debitum et ipse recognoscere quid
sit summum bonum, etiam si hoc sciat quod hoc sit summum bonum
quod excedit omne bonum, sed quod tam magnum est quod eo
maius cogitari non potest. Vir quidam dicit post confes-
missionem spiritus sancti dominus dixit: Hinc est primi homines sunt
qui me bonum summum et optimum esse recognoscunt. Hinc
bene homines qui me summum sciunt esse bonum et ut meum

essent sicut desiderium, attamen nollent secundum veritatem maio-
rem suam consolacionem vellent enim bona temporalia habere, michi bene
confiderent de anima. Sed econtra nollent michi confiteri, quod in
delicijs capiunt mistice. ¶ Homo vero qui perfecte recognos-
cit me summum bonum et optimum esse, ille debet michi soli vivere,
anima eius a corporalibus voluptatibus et delicijs debet moles-
tari, et ita eas horrere, quasi velit nauseare sicut corpus
molestiis in tribulacionibus et penis, quas ita horret quam
nauseat. Anima ergo que sic recognoscit et fatetur me
summum bonum illa debet eciam esse vera dominatrix, debet
enim omnia transitoria que sub me sunt subpeditare, et super
ea dominari, nichil curans quomodo habeat illa, sed totis viribus
satagere ut me obtineat, et ita vehementer laborare quod
instancius appareat quia ut utique quanti valet de illo summo
bono tantum acquirere ut sit inde tamen spe eternaliter satis habere. Nec-
non homines enim bona transitoria cognoscentes in quibus
capiunt delectari laborant vehementer ut sufficienciam illorum
habeant, hoc faciunt die et nocte, in aqua et arida, tam
avide et impetuose veluti furentes et insanientes. Sane
nullus labor michi plus placet quam ille quem anima fa-
cit pro me

Explicit tractatus secundus

Tractatus de venerando eukaristie sacramento qui merito
continuatur ad tractatum de spiritu sancto. Capitulum primum · 1 ·

Quia dominus deus habet per spiritum sanctum suum fructificatis
operibus misit ut ipsum melius ad venerabile sa-
cramentum eukaristie prepararet nec enim alius esset
qui hoc aptius et perfectius faceret, prout hoc do-
minus per se ipsum in pluribus revelacionibus testatus fuerat,
ideo merito post tractatum de spiritu sancto sequitur tractatus
de dicto sacro digno eukaristie sacramento. Eiusque quia
varigena sunt misteria in innumerabiles fructus et sentencie-
ta que nemo hominum novit nec nosse ad plenum potest, quod
bonum in se contineat quid donum imperii conferat, et quantum
premium infinitum digne accipientibus largiatur. ¶ Verum et
si propter eius inscrutabilem altitudinem non liceat scru-
tari eius misterium, licet tamen quibus datum est eius

sentire fratrum et hunc referre ad gloriam dei / et ut magis
excitetur horum desiderium ad hunc cibum / exurgentis gra-
tie actus / et vox laudis. singularis profuerunt graciosis
domine dorothee in hoc sacramento collatis / Si ergo
legeris in hoc tractatu effectus huius sacramenti quos
non nosti experiencia nec didicisti in sacra pagina /
Recordare scripture dicentis Num. xi. Nunquid est invalida
manus domini / Et quod divisiones graciarum sunt. et quod dominus
deus pretissimus sua dona quibus vult distribuit. secundum
quod inscrutabilia altitudinis sue unicuique competere discer-
nit. Quod ipsa intensum habuit desiderium tam ad acci-
piendum quam ad videndum eukaristie sacramentum

.2. Odore huius vivifici sacramenti ipsa h. Capitulum ii.
attracta a puericia sua usque ad extrema sua magna
habuit desideria hostiam videndi sacrosanctam / et si una
die ipsam centies vidisset prout aliquando bene accidit adhuc
desiderium plus videndi retinuit. Non enim saciebatur oculus
in videndo corpus christi / sicut nec auris eius audiendo ver-
bum dei. ¶ Habens cum desiderio videndi corpus christi fuit
eciam desiderium aliquociens in anno percipiendi. Ab anno
quippe etatis sue undecimo libenter septies sumpsisset in
anno. sed non est permissa plures quam bis accedere. in illa pu-
erili etate / Dum vero adolevisset et desiderium suum ex-
iuisset / accepit septies et aliquando plures in anno / qui fuit
in matrimonio. Intensum siquidem eius desiderium / quod
erat fervens sancti et pium / ut acciperet hoc desiderabile
sacramentum pluries plurificatas quibus in anno accepit ipsum
non fuit remissum sed diminutum / sed magis accepit incremen-
tum / in tantum quod multociens in noctibus noctes duxit insomp-
nes / huius sollicita erat / prout melius ordinare posset valde
mane ad ecclesiam accedere. ut posset hoc desiderabile ante sive
saltem a mane celebrantibus videre. cuius esuries pro illo salu-
tari cibo sepe erat tam vehemens et magna / quod si ei licuisset
libenter hostiam ore suo de manibus sacerdotis rapuisset / non
nunquam accidit quod ante horam elevacionis sacre hostie rap-
ta fuit. et ultra elevacionem in excessu mentis permansit.
et tunc hostiam non vidit quam tamen unde fervido deside-
rio desiderauit ¶ Porro frequenter cum magna difficultate

ppt nimiam spus esuriem diem communionis poterat ex-
spectare / que qn affuit / nocte precedente. Aliqn p gau-
dio dormire nequivit / et aliqn noctis aut tpis lon-
gitudine nimis afflicta fuit. Que tam tunc qn letifica-
batur esse. quia tunc qndo affligebatur ex diutina exspec-
tatione p fenestram celum respiciens solebat horam
observare diescente / aut diei appropinquante ut posset ag-
noscere si mane posset suum desiderium adimplere. Tan-
sus suum desiderium licet put pmissum esset intensum ad
hc desiderabile sacramentum. ut ipm multociens mane
videret. Et sic crevisset q nisi cum afflictione spus ultra
ebdomadam unam absque salutari sumptione abstinuisset
ipm tunc etiam est notabili. magis quam prius intensum /
Anno dni mo ccc. lxxxix. in quadam i firmitate eius p-
diuturni anni durante. in qua quidem infirmitate passio
dominica fuit ei i utroque homine fortiter impressa / homini i-
teriori fuit impressa. p compassionem et vulnera spualia /
exteriori vero p vulnera corporalia / et hec omnia sibi fuerunt
adeo inflicta. quod ut postea ei dixit. q ad eum ingredi-
entes ei no concessit nisi diuinis diebus & hoc tunc fecit ut
nec adeo ut acciperet eukaristiam sacro sanctam. De in-
tensione desiderii ad sacram habiti oriebantur in sponsa
esuries et sitis spus ac plures alii effectus. Capm. iii · 3 ·

Desiderium eius sic adeo gratuite datum. nulla arte hu-
mana formatum fuit valde fervidum & spus afflictivum
in quo frequenter p sacramento dni et multum flevit / multo-
ciensque nimis ex tristicia abstinendi se afflixit // Sepe etiam
ex estu huiusmodi desiderii orare no valuit / cor dolens quod
sibi videbatur velle crepere si no precito sacramentum
sumpsisset illa die. Aliqndo ita fatigata fuit ex desiderio q
no valuit stare aut ambulare nisi cum magna difficul-
tate. multociens etiam ppter huius salutaris carenciam in-
firmata est corpore & decubuit ac si oppressa fuisset gravi eg-
ritudine. Que postqm diu afflicta fuit et multas vices con-
sumpsit eo q dominum in sacramento non plures quam se-
mel p ebdomadam sumpsisse pmissa fuit. Dns eam ad e. di-
rexit ut eius desiderium ad sacram intelligeret p frequentem
fletum & planctum & ut ei fidem credulam adhiberet. Commisit

si desiderio pceptam ex dni i formacione no restitisset

ei dominus ut ipi .C. sic bonitatis beneficia tua ut prius est
facta referret ¶ At ille dominum hec desiderio acquiesceret et
fidem dictis eius adhibens dei in septimana sacramentum
porrexisset. duas personam quinque dies communionis desig-
nauit et vices in ebdomada plurificauit ¶ Nec per hoc
eius desiderium fuit saciatum, sed aliquando extenso desiderio
ita esuriuit et viribus destituta fuit quod sibi appareret se non posse
suam esuriem plene vnquam explere. nec modo sine aliquo
corporalem cibum accipere. et hoc bene etiam apparuit in fine
vite sue. aliquando desiderium ita creuit et eam prouocauit aut
diem aggrauauit quod multum sollicita extitit, quomodo vita
comite horam communionis valet expectare. Vnde quadam
die ei dixit dominus in desiderio eukaristie multum afflicte,
dic ad eum .C. Ego sum homo debilis et infirma quod hic
interim non nisi vnus cibus delectat me. et hunc quare
michi non vis dare, Nam ipse est cibus tam sanus no-
bilis et bonus quod sine eo non potest viuere spiritus meus. Nec
est necesse te illum ab alio quam a deo postulare ¶ Pater
vero quod in die communionis domino iussit a/sam a daltare .C. ei-
us accedere. ne .C. de eius tardo aduentu habeat occa-
sionem, vel inutilem distractionem ¶ Rursus ipsius cu-
ra .C. vices in desiderio sancto iam dictoque etiam con-
sumpserit, ipsa tamen prius multo plures antequam ad
.C. venisset ipsius sacramenti carenciam dissipauit. ab
hoc dixit ad vnum suorum confessorum prior dicens eum instite,
apud Domine dilecte quando fui nos, meum ad deum bene nonschis
in tensum desiderium, que tunc michi noluistis dare. ideo
oportuit me multas vices consumere. quas potuissem
conseruare. et nunc in dei seruicio offerre. Si enim tribuis-
setis mihi aliquotiens in septimana eukaristie sacramentum
iuxta anime mee desiderium. tunc nichil aliud fecissem
nisi deum dilexissem, et intensum ad deum desiderium
exhibuissem. Hoc iam sum experta et experiencia certificata,
Nam ex quo datum est michi eukaristie sacramentum iuxta
anime mee desiderium. iam anima mea est caritate feruente
intensa, et desiderio velud insaniens effecta nolens aliud
nisi deum habere. iam sibi sic est dicte ac si sederet cap-
tiua inter rete non reputans carnem suam nec cinerem et terram

nec in aliquo alio cibo quam in isto sacramentali habeo
delectacionem. ¶ Amplius licet ipsa multociens fuit per sacramentum
to hoc ita spiritualiter refecta, ac per hoc viribus in tantum desti-
tuta ac si diebus multis nec cibum spiritus neque corporis sump-
sisset que licet sic esset media gravitate afflicta in animo
ira, oportuit tamen ut frequenter expectare usque cum com-
munione usque ad summam missam hinc eius desiderium
quia propter misse expectacionem. et aliquando propter commonis in
crastinum prorogacionem effectum est ita vehemens et insaciabile
in tantum, quod eciam consolacione aliqua non fuerat diminutum. Cum
quidam ei dixit, hodie non potes me habere. ordinabo autem
quod die dominica et feria secunda in qua erit festum me va-
leas obtinere ¶ Et dic ad eum. C. Anima mea est tristis usque
ad mortem, quia absque domino sacramentali permanere debeo
per diem. ¶ Verum sue aliquociens dum in magna fame et
desiderio per sacramento fuisset afflicta et quasi extreme
extenuata dixit dominus. Dic ad eum. C. Quam diu tamen
in tanta tristicia, in qua tam magna sitis et esuries sunt
et prevalent debeo permanere. Et licet hec tristicia sit magna
attamen quasi nullius est qui esurit, et ob hoc dominus me for-
tis flere misit, quia in hac regione pauci sunt qui spi-
ritualiter esuriunt. Cum autem non esuriunt ideo est quia in
regione meliore et in celo sapidiore cibum cibo hic propter
to non gustamus ¶ Nempe homo in bonis transitoriis ha-
bundans et lucris inhians, quanto plura mercimonia
acquisierit tanto ardencius lucrari inardescit. ¶ Paupe-
res vero qui non habent sufficiencia bona per que possent lucrari alia
non habent ad lucrandum anhelacionem, nec ut lucrentur
exercent validum laborem. Consimile modo est in spirituali
lucro ¶ Amplius plurimos esuriente salutem sic fuit ex-
tenuata ac viribus destituta quod nisi sacramentum accepisset
cibum corporalem pro corporis recreacione ante horam solitam
oportuisset eam accepisse. Vices enim eius singule la-
borabant, et vocem desiderii quam ipsa sane audivit ex-
ultabant. Unde dominus vehemens eius desiderium refre-
nare dixit ei, Recogita quam dignus ego sum, et
quam indigna tu sis, quam magnus ego sum. et quam parva
tu sis coram me. At illa hec recogitans amare flevit

cui dominus / flendo pro te rogitavi me / ut ego sperarem te
addignare suscipiendum me. Dum missa explesset ita ple-
na factus fuit. sicut etiam alias sepe extitit quod vix se
ad accipiendum sacramentum componere nesciret. Preciosum
donum est donum adveneabile eukaristie sacramentum
intensum habere desiderium quod quanto plus fuit intensum
q. Quum ex caritate ori- tanto magis cum devotione acceptum. c. iiii
atur desiderium / ideo quanto quis plus dominum diligit
tanto magis ipsum et eius sacramentum concupiscit. et ut ob-
tineat alacrius laborat et cum hoc minus transitoria
bona concupiscit et diligit / Quanto enim amor dei crescit
tanto concupiscencia decrescit. ergo in quocumque perfecta cari-
tas consistit illa in tali bona temporalia in quandam insipi-
ditatem vertit eorumque vilipensionem et contemptum
inducit. Sic in hac sancta est actum que perfecte dilexit dominum /
qui eius volens dilectionem et transitoriorum vilipensionem
panderet. iussit eam ad suum c. sic dicere / Ego enim diligo
dominum quod libencius sacramentale et spirituale suscipio eum /
quam omnes mundi divicias. Nam si unus offerret mihi
omnes mundi divicias et tu offerres michi dominum sacramentaliter.
ego pocius ac libencius accederem ad te quam ad illum / uno
ipsum perpendens / et cum suis diviciis contempnens / Dic
ergo regracians deo peramare / pro eo quod michi tam intensum
adesse dedit desiderium quod non potuisset michi superi-
tum dedisse maius donum / nec aliquo desiderium amoris
tale possem exinde habere / Quippe me adeo dicente. vel-
lem libenter dominum meum dilectissimum habere. est nimis facile
ad dicendum / sed energiam quam me oportet in tali desi-
derio sustinere non sufficio tibi exprimere. Hodie siquidem
me cum te sedente et dominum nimis diligente cor meum. et omnes
venas laborabant tam intense pre nimia estuacione et corpore domini
mei ihesu xpisti / quod tam largiflue sudavi ac si sedissem in
balneo valde fervente ¶ Porro similiter esuriebat ac
alias desiderii iam premissi dominus nolens dilatari et inter-
di dixit sic fortiter laboribus insiste ut magna admodum
possis esuriem habere. Tu enim nosti quod fortiter laborantes
corporaliter pro cibo corporali magnam habent esuriem.
Quippe qui non sic laborat ita fortiter quod animum defectum aut

fatigationem sentit antequam me suscipit / ille etiam in bibus
sine sumpto sacramento non percipit an vires recreate sit /
¶ Hec domino dicente apparuerunt multi sacerdotes sibi divi-
nitus illustrate / qui se disponendo ad eukaristie sacra-
menti nimia extenuaverunt vires suas in tantum quod vix
subsistere valent tamen dum ita suscipiunt ipsum pre virium
defectum per orationis laborem consumptum / videlicet tales
spiritualem non sentiunt refocillationem / nec virium suscipere
recreationem. neque sentiunt esuriem aut sacietatem ante
vel post dominici corporis vel sumptionem / videbantur quoque sic
stare quasi fatentium sic esse ¶ Et adiecit dominus /
Sacerdotes qui festinanter horas suas dicunt / et nichilo-
minus celebrare missas intendit intendunt. hii me nec
magnifice metuunt. neque magnifice cognoscunt / tales
quippe postquam festinantes ad missam accesserint / et com-
pleverint os suum tergunt tergunt festinanter ad divite
mensam. delicatam refectionem / aut ad aliam occupationem
accedunt modicum nimis recogitantes quid egerint et
quid ad se susceperint. Et hec negligentia est et erit
eorum magnum periculum atque dampnum ¶ Bini sunt inquit
dominus de aliquibus sacerdotibus et prout bene convenit omnibus /
plus inquit michi de illis placet quod ex magnis desideriis
esurie et siti demane prius flerent et aliquid de orationibus
obmitterent quas pre esurie et desiderio prius complere non
possent. et cum festinatione esurie eos impellente ad ce-
lebrandum accederent. missamque simul et gratiarum actione pre-
missa preter orationem dominicam impleverint quam quod orationibus
prius completis accedunt ad missas / debitam esuriem ac desi-
derium non habentes ¶ Amplius domino docente sub orationes
quibus se debebat ad sacrum disponere inquit. Cupido me ut
suscipere debes largiter flere et certas orationes dicere. At illa que
pre amoris ardentis et grandis magnitudine non valuit neque
orationem dominicam et aliarum implere suscipere sacrum non sunt
ausi. quamvis adhuc sunt multum affecta nisi sumptum a domino
licenciata aut spirituali instigatione. Nam aliqui sunt ita mag-
sice a domino beneficiata quod pre gratitudine et deliciarum teneritu-
dine non valuerunt laborare. non orare nec plorare / et ita mul-
tociens eam faciunt quod nichil plus tunc desiderant / propter

cogitanti si dominus dignaretur me semper in tali dispositione
s. saturitatis et letitie conservare. Respondit ei dominus. Ego bene
possem hoc facere. Sed me hoc agente / mediante quo
velles mereri quando nullum haberes laborem nec esuriem /
meri hoc etenim debes tibi existimare / gravamen prae laborare / for-
titer esurire et sitire. At illa hoc audiens cum gaudio sus-
cepit / et gratias domino debitas exsolvit / quae multotiens
tam estivas desiderium habuit quod capere voluit. aliquam eius
veritatem mereri. et aliquod desiderium in tam extremum /
quod cor eius nimis aggravatum suo vite finem appropinqua-
vit. ¶ Postremo dominus pio desiderio eius volens condescendere
concessit ei ut post recursorum magnitudinem posset omni
die eius suscipere sacramentum sicut supra libro v. c. vj.
est scriptum / dixitque ei / postquam cepisti flendo ad me clamare
et fortiter pro corpore meo sanctissimo laborare. ego permisi te
flendo clamare / et vices laborando consumere. exspectans
ut tua probaretur perseverantia / et quia inprimis perseve-
rans fuisti / quoniam iam quasi non plus valens tibi viribus
defecisti ¶ Preterea sciendum est mediate commendandum
quod non obstantibus magnis gaudiis. delitiis / ac consolationi-
bus divinis desiderium ad hoc venerabile sacramentum in hac gratia
extiterunt sine tamen / nec sunt per cottidianam susceptionem
diminuta sed cottidie creverunt ad tantam magnitudinem quod non
nisi suscepto sacramento habere voluit contentationem.

.4. Intensum requiritur desiderium in volente multotiens in anno
Laudabiliter egit accipere sacramentum eukaristie Capitulum v.
Zacheus qui suo pio ac fervido desiderio dominum non solum
ad domum suam invitavit sed et manere coegit. Unde ei dixit
Zachee festinans descende / hodie in domo tua oportet
me manere ¶ Sic qui sancte vivere et dominum vere cognos-
centes ac vere diligentes / intensius ad ipsum habentes deside-
rium. ut ipsum accipiant per eukaristie sacramentum. crebro lauda-
biliter invitant ad se ipsum dominum. Qui tamen si voluerit
ipsum multotiens sacramentaliter accipere cum fructu ac sine
deberet in se adhuc plura bona habere. Sicut dixit dominus
huic sancte. Qui inquit vult me multotiens cum profectu animae
sue suscipere ille debet mei notabilem noticiam habere. immidiam
conscientiam. variis virtutibus ornatam / operibus meritoriis impletam /

odore suauitatis dilectionis et summo feruidi desiderii flagrantem /
non secularibus occupatam negociis, sed ante bene et debi-
te preparatam ¶ Et dic adhuc .C. nullus debet me multociens
suscipere nisi prius me magnifice cognoscit, et feruenter ex
desiderio ardeat / Sed ante inter alia recognoscat quod nec ipse
neque aliquis homo valet se sine me ad huiusmodi sacramentum
in mente eius disposicio accepta sit dispositione / sed quod ego ipse
ipsum preparo et dispono. Eciam nullus debet sepe aliquem me por-
rigere / qui adhuc mundanis curis secularibus habet occu-
paciones / siue gerit statum spiritualem / siue secularem / Si enim
talis feruenter arderet quod omni die prius fleret et clamaret /
adhuc nec tu nec aliquis debes cito dare consilium
aut consensum ut illi sepe detur eukaristie sacramentum, donec
eius perseuerancia probetur / et eius maturitas bene appareat
et cognoscatur. Bene similiter cum talibus agitur quod eorum desiderio
non cito condescenditur / donec eorum persistencia bene appa-
reat maturata / Bonum quippe quod in sancto suscipitur est
valde magnum ¶ Porro homines adhuc in mundo existentes
et occupacionem cum seculo habentes / si desideraverint me mul-
tociens suscipere petentes sacramentum eukaristie a suo confessore
Tunc petenti confessor / videns dicat / Cognoscis tu eciam
deum et diligis ipsum. Si petens dixerit sic ita cognosco
deum et diligo ipsum. tunc confessor subiungat / tu miser homo
cognoscis tu deum et diligis ipsum. quomodo tu presumis ipsum
multociens suscipere. quia deum oportet tales cum seculo oc-
cupatos habere. et in talibus peccatis viuere / tu debes timere valde
sollicite te esse indignum. non solum ad ipsum suscipiendum
sed eciam ad videndum / et hoc tanto plus reputetis te indig-
num s. ad aspiciendum. quanto magis dilexeris ipsum / nec
sine timore te humiliante sub speciebus illum / dimitte malum
et fac bonum. ora. Ieiuna. plora. et vtere tamen posse
melius quod vales operare. et cum hoc fideliter exercis. adhuc
vix in medio anno te preparare potis ut eum suscipias dun-
taxat vna vice et hoc ipsum debebis facere cum magno timore
adhuc valde indignum reputans te esse ¶ Amplius dixit
Xpc domino. Tu debes secrete dicere ad .C. quicumque ad me
suscipiendum non habet intensum desiderium et tantum anxium
ut fortiter possit flere prius, timeat sollicite obmissionem co-

unionis sibi multum nocere nec audet dimittere ex magna
dilectione. quantum est in se quam suscipere me / talis scilicet
primissimum non habens desiderium etiam si se prepararet ad me sus-
cipiendum se humilians et indignum reputans. potius
non suscipiat me / nisi est festum pasche aut nativitatis mee /
Hec ergo intellexit dominus de laycis et non de fratribus dic-
tis quibus incumbit ex officio celebrare. Si enim extra festivita-
tes / in quibus sine nota infamie possent abstinere / absti-
nent cum humilitate dicentes ex corde cum centurione. Domine
non sum dignus ut intres sub tectum meum. Et se preparent
prout melius possent ut spiritualiter communicarent / ac si essen-
tialiter et intensum desiderium haberent. hoc dominus plus accep-
taret quam quod cum tepido accederent affectu ¶ Rursus autem
iussit dominus eidem rectori parrochialis ecclesie sic dicere
Tu non debes esse largus aut facilis in porrectione sacra-
menti eukaristie nam illis / qui videntur tibi in tua plebe
optime dispositi / vix debebis quinquies aut sexies in an-
no eukaristie sacramentum porrigere / et hoc debebis facere cum difficul-
tate eis dicendo impressive quod se preparent studiose ab
una vice communionis ad aliam. nec sunt in plebe tua homi-
nes intensum desiderium ad dominum habentes ¶ Post hoc
debitum dominus conquerebat autem paucos homines esse desiderium ha-
bentes ad sacramentum eukaristie et quod non minus est quam
sciunt debite quomodo se ad sacramentum debent preparare / et ob hoc
iussit etiam largissimas effundere lacrimas ¶ Et addidit dominus
quandam personam religiosam que videbatur ad sacramentum affectuo-
sa. petens sibi dari ipsum in festo petri et pauli apostolorum /
et quia eius desiderium erat minus remissum. dominus iussit
ut ei communio negaretur usque ad assumptionis marie sive fes-
tum / et quod ei diceretur quod in tempore medio se prepararet optimo
modo possibili / adveniente que festo virginis marie. interro-
gari debet a suo confessore quomodo hoc esset mediante quo
suo vide se melius inter alia disposuisset. Que si interro-
gata mox responderit et ex corde sic dixerit / Ego nescio
meliorem quam feci preparationem nisi quod ego ad dominum in sacramen-
to accipiendum valde ferventer aspiravi et valde difficulter
exspectavi quod hunc diem desiderabilem vita comite apprehen-
di / per hanc enim dominus responsionem si protulerit ex corde /

potius confessor cognoscere personam illam ad disposicionem debitam
appropinquasse. ¶ Ex quo patet quod intensum ad deum desi-
derium disponit hominem optime ad eukaristie sacramentum
Indispositi / aut indigne accedentes bona negligunt
uitti promissa deo : & mala varia merentur. c. vj. ·6·
Quamuis ostendit aliqua mala que illi merentur / qui te-
pidi / indispositi / vel indigne accedunt. Homines in quibus sunt
quibus sum cibus inutilis et insanus / ac amarus cor
valde afflictiuus / Sunt nonnulli qui me suscipientes plus
me accipiunt ad mortem spiritualem quam ad vitam eternam / Sunt
eciam aliqui quibus sum ita insipidus & insanus quod si per-
mitterem mox suffocarentur post meam sumpcionem suscepcione /
¶ Item qui me non cognoscunt illi me diligere non possunt
nec se separant ad me neque valent nec sciunt desiderare
proinde. Nimirum quia dileccio non est sine cognicione / nec desi-
derium sine dileccione. nec operacio sine desiderio / tales ergo
qui me non notabiliter cognoscunt / nec grati de tanto bono
existunt / homines quippe sic indispositi debent se indig-
nos reputare & ex humilitate pocius a communione abstinere
quam ad ipsam accedere. Nam indispositis et indigne accede-
tibus propter eorum ineptitudinem est quomodo plus ad salutis
impedimentum quam ad promocionem. Quibus enim post mei sacra-
menti accepcionem non solum propter eorum ineptitudinem
sed eciam eorum ingratitudine vicia non tolluntur nec diminuuntur
sed magis augentur. et fiunt ipsi magis invidi / odiosi / ira-
cundi / et impacientes / efficiuntur plus auari / accidiosi /
tepidi / gulosi / incontinentes & segnes. Ergo quoque plago
eos / ~~ponentes~~ / & alios propter eos in infirmitate & tribulacione /
et plago eos penitus non prosperos. ut cum fame &
pestilencia. permittensque eis aduenire varia aduersa /
¶ Rursus dixit hec dominus Illi homines in suscepcione
mei magnum percipiunt dampnum. qui me suscipiunt propter
consuetudinem aut propter famam / timorem vel laudem hominum
non habentes intensum amoris desiderium / Nempe dicendum
dum tibi / quod qui hic non esurit per corpore meo .i. sacramento
eukaristie ille non valet pro vita eterna desiderare. Necesse
eciam est ut homo pro me clamet et ploret / aut hic
in mundo vel in purgatorio / et tu ante sumpcionem sacramenti

debes habere magnum laborem pro me et esuriem. Post meridi-
em vero debes pro vita eterna habere magnam esuriem et
laborem. ¶ Porro qui non laborat ante sumpcionem usque
ad veram fatigacionem, ille eciam post sumpcionem non sentit
notabilem suavitatis verum refectionem. Et qui enim non esurit
valde pro me ille non saciatur per me [illegible] anime. Nec delecta-
tur in me. Quomodo enim in illo cibo haberet delectacionem et dul-
cedinem per quem non habet esuriem. Et quomodo posset aliquo contenta-
tus saciari in quo non valet sic dispositus delectari. Sic
qui non fervet in me dilectionis fortitudine ille non senci-
et magnifice ex adiuncto meo per me. Quomodo enim possit talis
in cibo habere magnam leticiam atque non gerit dilectionem
excellentem. De connubio anime intimo. Capitulum vii.

1 Declaracio aliquorum est premittenda terminorum in sentenciis
delucidandis ponendorum, ut puta quid sit amplexus
et anime osculum ac connubium. Nam et alibi plures ponentur
adiungendi secundum augmentum meum quod non erit gaudium immen-
sum quia talis est cordis in mundo. Dominus multociens magnum i-
eius anima fecit convivium. Hoc tunc fiebat quando eius anima
in amorosa et intima cum domino unione per perfruicionem
suavitatis divine quandam leticia perfruebatur insolita,
que erat excellenter magna. Et tanto maior quanto unio
fuit intimior. Ingemuit suavitatis divine perfruicione re-
plebatur delicijs aliis sibi insolitis cum tantis delectacionibus
et gaudiis quod horum comparacione omnis humana iocunditas,
ac omnium exteriorum delectacionum suavitas, nulla fuisse sibi de-
lectacio aut iocunditas, sicut scriptum est [illegible]. Non
est oblectamentum super cordis gaudium. Porro in huiusmodi
convivio sensit se fieri unum spiritum cum deo per unionem tam in-
timam quam profundam. Sensit oscula domini esse dulcia
Quid sit osculum et amplexus et amplexus suaves. ¶ Osculum enim ut intellexit per
dominum verbum est intima et profunda anime cum domino unio
inexcellenter magnis spiritus delicijs et delectacionibus eximiis
anima liquescat et effluat [illegible] super dilectum suum. Cum tunc
suaviter amplexatur eam dextera sua bonis suis cumulans
et ditans ad quorum contemplacionem ascendit per gradus
altioribus visitoriis et luminaribus. Ac perfecte leva domini per
quam visitoria designatur fuit subtercapite eius et dextera

pxima etiā eam amplexabat᷑ / tenēs ipam intēsiue ne de-
ficeret et consolans in gaudio et exultacōe ut illa loqui
dius habet ¶ Post huiusmōi osculum et amplexum ani-
cius ad se rediens sensit in se dulcorē exuberantē / in cor
corporis & omnia membra ac viscera redundantē. ex qua re-
dundancia omnia viscera et corporis eius membra fuiūt q̄i
dulci rore repleta et aliquātissime tremula et spāli-
ter eius digitis ac facie hec considerāti notabili apparebat
Roris aut dulcis repletiōe cessante solebat adhuc fre-
quenter sentire humorē suauē in ore ¶ Sensit etiā p
operacōm et donū reuelacōm prīcipem et filium et spm̄ sanctum
in se unam fecisse mansionē. vnaqz eos habuisse ī ipa
operatōe / Sensit etiā sepe fetum viuidū in corde suo
delectabile exercere ludum ¶ Quippe quamuis diuinaꝝ triū
psonaꝝ operacō ad extra sit in quolz ope indiuisa. spāli-
ter tamen in reuelacionibz hec faciis triū psonaꝝ in diuina opa-
cō dicebat᷑ vna. Quando sensus exteriores ex deliciaꝝ aīe
in corporis redundancia. ac diuinaꝝ spūalium affluencia sic
fuīt consopiti / et ipa sic spūaliter inebriata q̄ nō horru-
isset pati penam quantamcūqz acerbam vmo nec quanta-
cūqz mortē / etiā si pnciali se exhibuisset qm immanis
uel pacius fuisset in ferre eam ¶ Vnde sibi sensit & domino
instruente didicit q̄ illud conuiuiū fuit conuiuiū pinguium
magnificū & vituli saginati occisum esse. Pinguium qui-
dem qm in corpe xpi gustum percepit suauissimū ingre-
diens dulcitatē psuauitatē & egrediens dulcitatem
ī suauitatē & effuso in ventre pstitua omē delectamentū /
& omē suauitatē habentia ¶ Vitulus aut saginatus
dicebat᷑ occisus / quando maior et lympidior fuit illustra-
cio / feruencior intensio. iocundius et intensius gaudiū
quā alias in conuiuio aīe solebat esse. Vitulus etiā
dr̄ occisus quando cum istis duabus effectibus in sacramento
suauior fuit gustus et pfecte omnia pmissa simul. conuiuiū
dicebat᷑ p magnificū et maximū ¶ Blandicia uel blan-
dicio in pposito est quedam amatoria locucio qua verus a-
mans sumā exhibicionis felicitate / et quacumqz cordis
iubilo aīe uel oris incongnita suauitate blande de-
mulcet amatum seu dilēm / sic blandicio accipit᷑ ī bono

Triū psonaꝝ vna est opacō

Quid sit vitulus saginatus et occisus

Quid sit blandicia uel blandi[cio]

et est laudabilis. Sed blandicio lingwe iniquae est detesta-
bilis, et sit periculosa a nobis. Decima hec in ysaia. lxvi.
Ad ubera portabimini et super genua blandientur vobis qui
in filio suo. Decedat in proverbiis, homo qui blandis fictisque
sermonibus loquitur amico suo rethe extendit gressibus
suis. **Exponitur qualiter vita eterna sibi dicebatur apta
et plura alia sibi dicta. Capitulum. viii.**

In prioribus sepe dictum est et inferius dicetur, quod vita eterna
sibi sunt prope vel apta. hoc erat ad illum sensum ut si recipere
i. vidit in celo dominum ihesum. matrem eius, aut sanctos tempore gau-
dium, vel consimile bonum, sicut sanctus stephanus vidit ce-
los apertos et ihesum stantem a dextris virtutis dei. et sicut iacob
patriarcha videns gloriam dei ait. vidi dominum facie ad faciem.
Similiter ysaias propheta vidit dominum super solium excelsum. et
multi alii de quibus scripture sunt auctentice. Sic hec beata
multociens vidit in nubilo dei faciem et gloriam. non tamen
in claritate visionis patrie. sed in claritate vie que habet aliquid de
umbra et obscuritate apostolo testante qui ait. Nunc videmus
per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. ¶ Porro
in multis revelacionibus ac beneficiis dei excellentibus dicebatur
a domino ad eam intellectum aliquando sic. vita eterna est tibi prope vel
apta. aliquando sic, vita eterna est tibi ppe, aliquando sic. vita eterna
est tute, aliquando sic, tibi est ita bene et es ita iocunda quod tibi vi-
detur existere in vita eterna. hec et consimilia in aliquibus
locis sub intelligencia tali aut consimili sunt recipienda.

Vita eterna est tibi prope

¶ Primum. scilicet celum aut vita eterna est tibi prope vel apta. i. omnia
transitoria sunt tibi propter dominum subiecta, et ita propter re-
putans ut stercora. Nulla enim tibi est cura. quis habeat
aut quis recipiat ea, Erat enim sepissime deo coniuncta, in
tantum absoluta ab omni effigie creature, et tunc erat super omnia
creata elevata, apta et ydonea. ad deum et eius gloriam
contemplandum, non impedita mansisset ab aliqua cogitacione,
nec extitisset [illegible], alta siquidem et pura fuerunt tunc
eius amoris desideria, et soli deo intima, et ideo non incongrue
vita eterna sibi dicebatur prope vel apta. aut celum prope vel
aptum, Eius enim in celis conversacio fuit et opera celica egit,
¶ Secundus quando actuali contemplacione pura fuit dimissa ad videndum
dominum transitoria, tunc fervencia solebat habere desideria. et in-

gentem esuriem ut ita pure et qui immediate dominum totum
placeret. Cui dominus aliquando sic dixit: Pro vita eterna ingen-
tem debes habere laborem et magnam sustinere esuriem. Si alii
pro se esuriem et desideria nimis sibi videbantur gravata aut. Ego
ingentes labores sitim et esuriem passus sum pro te. tu et
pater pro me. ¶ Secundum scilicet vita eterna dicebatur sibi ipse qui totum
suum desiderium et cogitatum direxit in vitam eternam ad dominum.
Illi autem hominibus longe distans vita eterna cuius cogitationes
et desideria diriguntur inordinate ad aliqua. ¶ Item vita eterna
dicebatur ipse illis adhuc quam advisionem pacis iam fortiter
ambulando sicut ipsa pervenerunt. sed quam ambulando non
appropinquaverunt. sed ex pigricia aut malicia retrocesserunt.
illis est remote et hos oportet plurima loca et civitates tran-
sire antequam valeant ad istam ierusalem pervenire. ¶ Tercium
intellige. vita eterna dicebatur esse in ea quando repleta fuit gau-
dio ineffabiliter magno. aut quando dominus aliter in ipsa exit operatus
inexpressibiliter magnam. Quinquociens inquit dominus ihesus magni-
fice cum patre et spiritu sancto operor. ille Rex celum et in illo ego sum
qui vita sum eterna. et tu bene potes gaudere et bonis optimis
repleri. quia vitam in te contines eternam. id est me qui sum
vita eterna. Ego enim inexpressibiliter magnifice operor in te cum
patre meo et spiritu sancto. Hinc contestatur iohannes in canonica
sua dicens. Qui habet filium dei habet vitam eternam. Hinc electa
dei quasi in vita eterna esset in flumina vite eterne se merge-
bat profunde et pre deliciarum habundancia ita semper effluens
erat beneficiata quod totalitatem beneficencie divine non valuit
capere pre cuius magnitudine non habuit sui posse. eius anima in
deliciarum affluencia sic se habere est sibi visa. ac si homo naturali-
ter dimissus esset in flumen valde speciosum et profundum in quo
moveretur cum periculo submersionis. nunc sursum. nunc
profunde deorsum ubi repleretur aqua in tanta diversitate et
copia quod vix valet attingere anhelitum et servari in vita as-
cendendo sursum. Cui in tali deliciarum affluencia existenti
dixit dominus. Iam bene potes dicere quod vita eterna sit in te.
Potes etiam anime tue dicere. Iam ingredere immergens te
in profundum abyssi totius bonitatis dei. et egredere pro completa-
to voluntatis tue. Dic etiam per formacionem. O bonum alte dig-
num effluens et habundans. ¶ Quartum scilicet tibi est ita bene

Vita eterna est tibi ipse

Vita eterna est in te

Tu es in vita eterna

nec tu es ita gaudens et iocunda quod tibi videris existere
in vita eterna / Talis siquidem apparicio fiebat effective
ex exuberancia inebriante contentacione / que ipsam replere
solebat nihilo et delicijs ac spiritualibus diviciis in tanta af-
fluencia desiderii saciatate et contentacionis acceptabilitate
quod nullo bene esse optatus precibus permanens / estimans se pro
illa vice seu tempore ita divitem ac gaudentem et ita omnibus
bonis habundantem ac si in vita existisset presencia ¶ Cum
conscripter in illa disposicione [illegible] fuit ita suam
sompnis suo vide ac si [illegible] ab angelis inebriatate Hec
[illegible] eciam fuit ita bene quod locum sessionis sue estimabat se
inebriatate · Et hec efficiebant nobilis consolacio et gaudii
magnitudo / primicias eterne dominus sibi porrexit deliciarum et
dilectionis delectacionis antequam plenitudine perfecte exhibuit
sacietatis · Hic plures alii exponuntur termini · Capitulum ix ·
·9· Quid sit dominum se in anima spirituali parare vel econverso animam
spiritualiter dominum venerare aut ipsum super terram gestare / Dictum
est supra in capitulis scriptibus triplici veritate sexto
quarto quinto et septimo ¶ Ex hiis potest intelligi quid debeat
significare quando dicitur dominus venit cum magna blandicie
vel venit cum suo spiritu spirituali in anima cogitacione · quando
Deifice venit · dicitur intuitus supermaternus etc ¶ Deifice venire dominus dicitur
quando non cum gusto ac dulcorem sensibili spiritus exterioris scilicet gustus
percipitur / sed cum sapore spirituali quo deus solus perceptibilis
Sensibiliter venire · est sentitur ¶ Venire autem sensibiliter deifice dominus dicebatur
quando in variis sue bonitatis effectibus senciebatur ¶ Dominus
Magnifice venire · venit magnifice id est dominus magnificatis eius utrumque et in eo
aliquando massam quasi fetum et alia magna opera fuit
Fortiter venire · ¶ Dominus venit fortiter id est cum caritate forti ¶ Quando
Omnipotenter venire · omnipotenter dicitur dominus venire / ostendit sui adventus excel-
lentissimum gradum in quo excellenter / magnifice suam
bonitatem ostendit hec in tamen variis fructibus ac sue
bonitatis effectibus quod non sufficit eos apprehendere ¶ Dominus
Locupletative venire · venit locupletative id est cum bonis gracie ineffabilibus magnis
quorum aliqua possunt exprimi · aliqua vero minime / Modus
iste veniendi gustari et senciri potest / sed totaliter exprimi non potest /
Et dixit dominus quando veniret illo modo quem libro iii · c · xviij ·
expressus est tunc locupletative veniret ¶ Quando dicitur

domus advenire valde locupletatiue aut valde amice et
ibi sic valde denotat magnam excellenciam que ipse sui mag
nitudinem sancte Dorothee sunt ineffabilis et ignota ¶ Dominus
venit cum multis bonis fructibus · ut cum caritate / gaudio / Cum multis bonis fructibus advenit
pace / paciencia / bonitate · benignitate · longanimitate · man
suetudine / fide / modestia · continencia / et castitate · Ista fruc
tus denotat delectaciones preterita opera consequentes · Non tamen
sic est intelligendum quod quociens dominus venit cum multis bonis
fructibus quod toties venit cum predictis omnibus / sed aliquando duntaxat
ad duos aliosve / et aliquando non solum notatos fructus predictos
sed cum hoc multi alii ut sunt / bona revelacio anime illus
tracio · mutua blandicio · scilicet domini et sponse sancte amicum collo
quium / amplexus et osculum / aliquando plura alia hic non ex
pressa sicut quando dominus venit cum multis bonis fruc
tibus que non valent enarrari ¶ Dominus enim venire cum bona Cum bona revelacione venit
revelacione quam post communionem exprimit aut in eukaristie
suscepcione revelavit ¶ Clausis ianuis dominus venire / quando dominus Clausis ianuis venit
personalem graciam sancte afflavit et ipsa pectoris illum spiritualem gracie
effectum non sensit ¶ Veloci cursu dominus dicebatur sancte hic Veloci cursu venit
advenire quando sacram eukaristiam sine specierum fraccione et sine hos
tie divisione sine sapore et odoris · panis percepcione descen
dit in sua [illegible] · velocius valde mitior et amicior sancte eius
sponsus desiderio occurrens domino / cum aliqua amatoria oracione
conabatur dominum suscipere dicendo / Domine rex ihesu christe · aut
hoc / Domine ihesu christe dilectissime mi domine veni ad me
graciose / aut unum tale / Corpus domini mei ihesu christi me cus
todiat et ad vitam eternam perducat / Tempore in tali domini ac
cessu / et anime seu sponse occursu / dominus et sancta eius videbantur ex
mutuo obviare / et extenso desiderio alter ad alterum festi
nare / Et hoc eciam dominus aliqua similitudine curavit
declarare dicens / Ego sum desideratus tuus / et tu mei / Nempe
ego tuo ardore ipse tuum desiderium tanta velocitate veluti si
quis velociter curreret in via que in glacie esset valde pla
na · nec accursus mei celeritate cesso / donec amicam tuam
apprehendo / et ipsa me econverso ¶ Porro in tali cursus celeri
tate · solebat in anima gaudium singulariter nobile et mag
num generari / quod ipse anima et corpus sancte motu exultacionis
solebat se movere ¶ Ulterius est sciendum quod in hac sponsa

multociens fuit spiritus ab anima diuisus et supra se eleuatus
secundum illud apostoli ad hebreos / Viuus est sermo dei et effi-
cax et penetrabilior omni gladio ancipiti pertingens
usque ad diuisionem spiritus et anime. In quo tempore fiebant operacio-
nes varie / Hec aliquando fiebant quando sponsa fuit in raptu
alienata a se / et aliquando quando fuerat circa se. ut puta tripu-
dia et iubilaciones / suauiloquia cum domino. confabulaciones /
blandimenta. amatoria. peticiones. supplicaciones et graciarum
acciones / Hec acciones inmanentes tanta alacritate et iocun-
ditate in ipsa fiebant quod secundum quod a sensibus anime illas percipiens. scilicet
visu. auditu cum admiracione in silencio auscultabat. **Quomodo**
sponsa pluries instigata sit per dominum ut acciperet
10 Preualente desiderio huius **sacramentum. capitulum. x.**
ge dominus ihesus eius amore captus ad ipsam per sacramentum
eukaristie libenter venit. et ideo non solum ipsam per desiderium
quod ei contulit feruidum / sed eciam pluribus suaue super
mel et fauum ut acciperet prefatum sacramentum venerabile
instigauit / Unde quando ipsa per totam et plures horas in raptu
vel spirituali ebrietate adhuc tenta tempus sufficiens non habe-
bat / ut oraciones suas solitas compleret et se ad sacramentum disponeret
cogitauit apud se. Ego hodie volo sacramentum accipere sed in domo
permanens oracionibus insudare / Sic dominus solebat eam ad
communionem instigare et dicere / Ad mensam festinanter accede et cor-
pus meum accipe. Et si tibi visum fuerit te non bene ad com-
munionem exercuisse. eo melius postea age. At illa ad mensam
accedens et sacramentum habere intense desiderans antequam ipsum ob-
tinere valuit ex desiderii feruore largas lacrimas effundit /
Quo accepto adeo mirificam peruenit dulcedinem et conso-
lacionis beneficium quod omnem affectum restringuit largissime /
Rursus aliquociens precedente cum oraciones non valuit in die que
sibi pro communione deputata fuit / et ideo anima se propter indispo-
sicionem non valuit iterum abstinere a sacramento cogitauit / Cui
dominus inquit / Noli abstinere. si enim abstinueris plus anxia
beris / michi confide / nam ego volo te disponere et preparare.
At illa ex diuino consolata alloquio. non valuit mistica missa
facere quemadmodum alias consueuit facere pro disposicione. Ac-
ceptoque sacramento iocunditates obtinuit tam ingentes con-
solaciones et delicias tam mirificas quas lingwa humana

nō valuit / valet exprimere aliquo sermone. et hic iussit ea
orationis sacrificium exsolvere quod ante quinque presbiterii in
tensione nō valuit adimplere. Dum illa vice post inspi
racionem dixit. Tu ex magna caritate fletus fortis michi re
sistere pro eo quod impellens instigavi te ut modo suscipias
me / Restitisti michi eciam pro illo quod me nō vis accipere aut pro
ponis abstinere. tunc volo te compellere ut te oporteat ex
amore me suscipere / Nunc tu enim multociens per intensum ad
me desiderium clamasti altisone. ideo nunc volo valde festi
nanter ad te currere. Quantocius desideras me magnificencius / tan
to ad te volo citius celerius. Tu ipse tu sollicita es valde
quasi nō valeam te sine tua cooperatione ad saciandum meum
venerabile corpus. q. d. hanc sollicitudinem habere et si sit utile /
attamen non est necesse. Amplius postquam eius secundum desi
derium excellentis magnifici fuit domini dominus sepe celesti
currens in saciatio ad eam venit. et hoc ultimo anno quasi
cottidie fecit in quo sepe sibi adinvenit habere magnificum
revelavit. hoc autem fecit quandoque in specie / et quandoque dumtaxat
in genere. et tunc sancta observavit obmisse quoniam dignaretur
venire graciose. Hic ponuntur aliqua verba que anima sepe
clamavit altisone in sacramenti susceptione. c. xi.

Domini magis intense absumitur sepe anima desideratus quia
dicte sufficiencius eciam est ab eo cum magno desiderio vene
rabiliter susceptus: nam sentiens dominum pomibus dilectam ad
esse dixit in desiderio anime illud ysa. xlij. Electus meus
suscipiam eum. complacuit sibi in illo anima mea. Postquam
ergo dominus celeriter ad eam venerit illa ei occurrens ut eum
susciperet altisone clamavit aliqua nunc e devocionis verba
que non arte humana / sed spiritu sancto in eius spiritu dictante
sunt formata / quorum aliqua et forte grossiora sunt hic
scripta. Unde aliquando eius anima secundum spiritum sic clamavit
Ihesu mi dilectissime creator / Ihesu mi dilectissime redemptor
Ihesu mi dilectissime salvificator. Aliquando sic. O tu laudabi
lis. digne. eterne. benedicte. dulcis. ample. fili dei / Aliquan
do / Spes mea. cibus meus. fiducia mea. consolacio mea.
et omne desiderium meum / Item. Ihesu xpe fili dei vivi
benedicte alte laudabilis nomen sanctum tuum milesies mille sit
laudatum et veneratum / Hoc dum clamasset altisone in

in tenso dilectionis feruore. intellexit in spiritu domini ad
animam se debere sic clamare. Hospes alte laudabilis et val-
de magnus veni ad me. Item sic. Ihesu christe tu benedicte
veni dulcis fili dei. Item sic. Regratior tibi domine aman-
tissime quod tam graciose dignatus fuisti venire ad me. tu te ipsum
michi dedisti cum sancto corpore tuo me cibasti. et cum sangu-
ine sancto tuo me potasti / pater et filius et spiritus sanctus illu-
minent me. Domine deus meus nunc animam meam magnam
fieri et cor meum dilata. Item sic quadam vice clamauit
in spiritu latine. Hoc est corpus domini mei ihesu christi. Et cum
hoc fecisset vna vice / post hoc reiterauit illud in suo
vulgari magis expedite. ¶ Hec et consimilia amoris ver-
ba eius anima nunc hoc nunc illud solebat exclamando pro-
ferre et esuriendo pluries repetere donec cum domino fuerat
in tunc vnita / quo facto siluit et pacata in domino conquieuit /
sicut scriptura ponit dicens Ecclesiastici xv. Obuiabit illi quasi
mater honorificata / et quasi mulier / a virginitate suscipiet illum
scilicet sponsum dilectissimum ad intime cubiculum in quo factum est
silencium quieti. ¶ Porro ante vnionis consummacionem fuit
inquieta et multociens occurrendo domino tamquam occupata sicut
esset homo cui aduenirent multi hospites / multi dilecti /
et honorabiles quibus singulis libentissime vellet bene
facere / opera amicicie magne ac beniuolencie exhibere / a-
micabiliter suscipiendo. reuerenter loquendo / et secundum quod tamen dig-
nitatis eius amicabilitatis ordo exigeret tractando ¶ Rur-
sus aliquociens anima occurrendo secundum multitudinis spo-
sum associantis curie. et sine verecundia in aspectu omni-
um in amplexus sponsi ruit a quo eciam quando pie desidera-
uit ut eam benediceret / qui inter alia benediccionis verba ei dice-
bat / quo tibi melius esse posset. Quia post talis verbis ex
desiderii magnitudine primo et vini eius largis cepit
de lacrimas clamare et illo iam fruitur bono in via quo ani-
ma eternaliter debebit perfrui in celesti patria. De xxxvij
simplicitatibus sentimentis in sacramento eukaristie preceptis
12 8 Sapiencia intricata cuius delicie sunt esse · Capitulum xvj
cum filiis hominum sicut hec dixit. Qui me in sacramento
eukaristie libenter vidit et suscipit ille eciam spiritualiter me sus-
cipit et videbit. Et qui me libenter videns suscipit / ille sic

se disponere quod speciem eius merito possit / quod et ego ad ipsum li-
benter velim convertere intuitum meum. ¶ Nunc autem tu enim libenter
vides eum / qui me libenter videt ad me suum dirigit intuitum /
quomodo ergo ego non diligerem ipsum qui me diligit et libenter
aspicit / nec valeo ei negare quod non oporteat me ei prestare
ut et intuitum meum diligentis / et ad ipsum suam libenter
dirigat visionem / quod dum et illa ipsum rediligit et aspicit
quia sicut ego diligentes me diligo / ita illa diligentes
se diligit intense ¶ Porro secunda hec sub umbra illius
quem desiderabat sedens fructum eius sibi dulcissimum gusta-
vit quod ille dilectus variis eius adveniens tam libenter quam
multipliciter ostendit quod eius sufficientie totalitatem nulla
scriptura / ymo nec aliqua eloquentia exprimere sufficit
quemadmodum ipsa cottidie experta fuit presertim in finis aliqua-
lis sed minus tenuiter apparebit. Annecterim ergo determinatum
~~[struck]~~ / predeterminato ponendo aliquos veniendi modos
in sacramento domini hic subiungam ¶ Primo vnus erat ·1·
quo dominus ei dedit requiem post laborem / Unde sicut in eam fre-
quentis domini sacramenti perceptionem maximus labor et in-
quietudo processit / ita dominus eius ei superveniens adveniens mag-
nam corporis requiem et anime pacificationem adduxit ¶ Secundo ·2·
post virium destitutionem adduxit adveniens earum restitutionem
ymo sepe maiorem confortationem / et abstulit omnem gravitatem
opacitatem. Hec mutatio sicut et alie fiebant citissime ¶ Ter- ·3·
cio post afflictionem magnam attulit delectationem / post dolo-
rem dulcorem. et post desolationem consolationem ¶ Quarto post ·4·
infirmitatis sanitatem. post cordis et anime vulnerationem / de-
lectabilem sanationem. dominus veniens adduxit quia panis
cor hominis confirmat. Sensit siquidem sepe quandam dominum
sicut singula sua interiora pertransientem letificare / cor eius
et animam sanctificare. Sicque fuerunt tristia letificata.
amara dulcorata / et vulnera sanata quasi fuissent un-
guento optimo delibuta corpore et anima dulcoratis. Unde
dominus dixit. Nunc vales cognoscere me esse tandem tui /
omnem consolationem tuam / et omnem confortationem tuam existere /
ac me magnifice tecum esse. Dic ergo. Domine deus om-
nibus salutis mee et omnis beatitudinis mee es tu ¶ Quinto ·5·
post ingentem spiritus sitim et esuriem magnam attulit

sacietatem / Fuit namque multociens ita bene ac delicate unio-
melius et delicatius refecta ac saciata tam in corpore
quam in anima · quam si fuisset refocillata in corporali dulcis-
sima ac delicatissima mensa · processit autem tunc temporis
refectio ac saciatio per redundanciam ab anima que super-
6. effluenter fuit spiritualibus deliciis repleta ¶ Sexto veni-
ens abstulit anime et corporis grossiciem ac ineptitudinem
ex corporali refectione quamvis temperata et sobria gene-
ratam / et contulit ei aptitudinem bene operandi ac agili-
7. tatem cum fortitudine bona bene proficiendi ¶ Septimo
sensit notabiliter dominum in suo adventu mortificare et
expellere vicia · ut puta inobedienciam · vanam gloriam /
accidiam · temporalium amorem / ambicionem · impacienciam ·
etc · et inserere virtutes · scilicet obedienciam · humilitatem · de-
vocionem · bene operandi promptitudinem · temporalium contemp-
tum / spiritualium et eternorum appetitum · honoris contemptum
contemptum in hoc seculo et despici / desiderium · pacienciam /
fiduciam · temperanciam et sic de aliis in fortitudine cui
illius malo restitit · et opera meritoria perfecit / dura
et aspera pertulit tam adversa quam prospera virtute de manu
8. domini suscepit ¶ Octavo sensit dominum venire ad ve-
nire cum delectabilissimo sapore et inenarrabili mentis
et cordis dulcedine / hec fiebant ita variegata / alia et
alia vice quod non sufficeret debite dicere tam dulcorum quam
saporum delectabilium exprimere ¶ Nimirum quia sicut dicitur
in libro Sapiencie · xvi · manna voluntati uniuscuiusque deser-
viens · ita iste panis deliciosis delectabilis habens variegatis
sponsam iuxta affeccionum eius varietatem / ob hoc in ad-
ventu domini per dulci multociens obstupuit · quia domini
adveniente mox accepto cum nomine et excellente magnis
deliciis perfusa · Nempe deliciarum anime superaffluencia se
diffudit ad omnia eius membra / hinc liquor dulcissimus
in eius superhabundavit · totum corpus delectati fervebat
et quo sudor largiter effluxit · Deinde plures pre tandem et
amoris magnitudine et deliciarum teneritudine ipsa sibi
videbatur velle deficere et deliciarum pondus ferre non pos-
se / Nempe huiusmodi delicie ex percepcione eukaristie
9. solebant sibi multociens durare ¶ Nono cum ingenti

gaudio/ prae cuius excellenciam singula eius membra mo-
tu exultacionis movebantur se/ nec ea poterat continere
Unde ad ostendendum gaudii excellenciam/ dominus quoque aliquando
dixit ei familiariter. Tu debes sic mecum gaudere sicut sa-
ncti mei in eternitate ¶ Decimo cum magno anime iubilo 10
in quo fruita est celestibus deliciis. tamquam conviva celes-
tis manducavit vitulum saginatum. quem filio prodigo re-
vertenti pietas patris fecit occidi/ Hic vitulus fuit Christus
in cruce pro peccatoribus occisus/ quem in sacro altaris sacra-
mento ad manducandum datus est delectabilissime sapidus/
percepit enim tam ingens gaudium quale et quantum est omnium
letancium in unum. Hinc ipsa tumultum letancium et sonum co-
iubilancium ante Christus plures audivit. et dominus eciam
sepe ei in tali iubilo anime existenti dixit. Hic vitu-
lus saginatus est occisus. nunc boni amici convenerunt/
et tu potes pre ceteris sapere et certius sentire sensibus
internis et externis spiritualiter et corporaliter illud permagnum cu-
me commune/ et ita ipsa plures sensit prout veritas sibi
dixit ¶ Undecimo cum valde magno solacio seu consola- 11
cione. ex qua prius in desiderio cruciata et quodam modo
saciata non valuit plus pote nec desiderare/ Hinc se-
pe omnium exteriorum oblita mox accepto sacro fuit contem-
placione divina suspensa. multociens mox rapta et in abys-
sum deitatis mersa ac in tanta unitate in tali unione et
supra se elevacione solebat diu permanere/ Semel tamen
vero tempore quadam alio ¶ Nempe postquam exivit in ecclesia solo
aliquando statim accepto sacro remansit in fenestra nota-
bili mora/ eius facies decora quia rapta sursum se a fe-
nestra non valuit removere ¶ Porro in tali raptu hic
dulce vinum et forte poculum plures est ei spirituali. audi-
vit cantum angelorum et ineffabile Christus gaudium. pre-
dulce sensit inter deum et animam susurrum. amplexum et os-
culum ac magne amicicie indicium certum/ Hinc ad se re-
versa multociens fuit tam iocunda quod cantum audiens scolarum
illi delectabatur pro iocunditatis magnitudine sicut prius
audiens cantum angelorum fieri in eternitate ¶ Duodecimo 12
cum ebrietate Christus in spirituali huius sacramenti iubilo/
cum non solum eucharistie sacramenti cibaretur sed sanguine

etiam suo tamquam poculo inebriativo potavit, et ei aliqui
in ebrietate dixit. nunc plora largissime et ebrietatem
13. digere. ¶ Tertiodecimo sensit dominum ebrietate spiritus per-
sonam auferre advictam et sobrietate conferre extunc primum
est cognoscere ubi extitit que sibi antea maliena parva
14. existere visa sunt ¶ Quartodecimo cum caritate varigena
et notabili magna. nunc cum caritate scilicet ardente. bul-
liente. vulnerante. languente/ inebriante/ statente/ sup-
effluente. alte desiccativa. violenta. insatiabili/ infatiga-
bili/ cordis effractiva etc. venit etiam nunc cum una/ nunc
cum duabus/ tribus/ quatuor/ et aliis pluribus pariter mixtim
speciebus suis/ et cum in qualibet caritate una sint quo ad aliquid
aliud sentimentum quam in alia in duabusque aliud quam in tri-
bus quatuor quoque et sic deinceps quibuslibet caritatum est-
que combinationibus manifestum est quod eum hunc multiplex
sentimentum habuisse/ in illo adventu varigeno quo dominus
advenit ei varigene cum caritate ¶ Porro dominus cum carita-
te scilicet ardente. aut bulliente/ nunc ferventer. nunc ferven-
[enim] tius. nunc ferventissime/ incendit/ sicut ipsa inextellens mag-
na frigoris inclementia nullum frigus sensit/ sed quam vellet
desiccet ardore se delatet in latius vertit. et refrigerium
aeris quaeritavit/ aliarum caritatum huius actus et effectus
ut puta sudores et fletus sensit et extunc quemadmodum dominus
sibi dedit. multotiens flevit valde pariter et aliquando prae ex-
amore mox post sumptionem eucharistie ¶ Sic similiter alia-
rum caritatum actus et effectus habuit cum quibus dominus adve-
nit de quibuslibet aut specialiter dicere est nimis prolixum et lectori
generaret fastidium ideo supersedeo. lector vero ex dictis et di-
cendis eliciat quale sentimentum unumquodque singulariter con-
veniat et quale pluribus simul caritatibus combinatis ¶
15. Quinto decimo cum desiderio multum intenso sue mortificationis
ut omnibus moreretur creaturis quo ad possessionem et consolatio-
nem ut nec aliquid de bonis transitoriis haberet/ sed solum deum
16. et eum obtineret ac soli deo viveret et vacaret ¶ Sextode-
cimo cum desiderio pariter quibus magna desiderant ut
malis seu vitiis carerent. sed viverent/ hoc ut illud
bonum haberent et fideliter conservarent ¶ Decimo septimo
17. cum ingenti energia et exteriori labore. scilicet fletu et sudore/

oratione et geniflectione / Aliquando cum alia corporis disciplina
et exercitatione ¶ Decimo octavo. Post adiectum tam for- ·18·
tis depressit sponsam ac si per magnam assumpsisset sup-
er se sarcinam gravitatem habentem valde depressivam
¶ Decimo nono / Eam esurie et siti excellenter magna pro ·19·
vita eterna. Unde ipsa sepe tam intensum pro vita eterna desi-
derium habuit quod languit / aliquando desiderium ardens et nimi-
excellenter magnum dominus addidit quale et quantum prius
gratia nunquam sensit / et aliquando pre desiderii magnitudine cerebrum
movebatur in capite. Item cor quoque nimio desiderio tristi-
tiatum permansit continue in diem sextum vulneratum. vehe-
menter desiderans vitam eternam et summum bonum / Item ex inten-
sione huius desiderii sitis et esuriei gratia valde amare affli-
gebatur doloris aculeo cuius non valuit exprimere magnitudinem
neque amaritudinem. Ipsa largiter flendo flebili anima clama-
vit altisone ad dominum dicens / Dilectissime mi pater. amantissime
mi consolator. Dulcissime mi creator. amantissime mi sal-
vificator. Inter hec ei aperti sunt celi et in eo sancti apparuerunt
et trinitate vehementer igniti ad quos sum assiduum nec non
caritatis incepit intuitu huius adeo grandem ineffabilem mag-
num nec non caritatis incendium quo fervente arsit cum dominum
deum et suos sanctos ardere in celo vidit. Et quia corpus sponse
cum anima non valuit ardere ideo anima affligebatur valide quod cum
tali corpore deberet esse quod secum caritatis fervore fervide ter
voluit aut non potuit ardere / Cuiusque consolatio cum afflictio-
ne spiritus per horas plures durasset dominus gratiam tam vehementer
incendit / quod tam in corpore quam in anima caritatis igne arsit
et sic in anima tranquillitas magna facta fuit ¶ Rursus
sepe adiecit dominus cum energia esurie et siti et desi-
derio pro vita eterna ingentibus / Cum postquam fuit anime vir-
tus et gratia quietem ac pacem estimavit se habituram. dominus
traxit fortiter ad se illam extensus tractus fortitudine omnes
vires gratie tense sunt exlaborare interiore et exteriore / desiderio
siti et esurie / Cum ex hiis multum anxie dixit dominus ami-
catrice. Dic adiutum. e. qualis est actum hodie quod dedisti in
dominum cum tam magna esurie ad vitam eternam et ad impetum dominus
corpus ad sponsam quanto inquit maiore habueris esuri-
em ac desiderii magnitudinem pro me antequam me suscipis / tanto

maiorem postquam me suscepisti habebis eciam ac desiderium
magnitudinis ad vitam eternam ¶ Porro delicijs magnis deside-
rijs et estimie per vitam eternam et sacro curasti / tu et tuus.
20 .e. debetis multum scribere et conferre ¶ xx. Domini adue-
nies ei vitam promisit eternam dum cum multa ymbre lacrimarum
desiderium / ac per hoc multociens eius spem erigens ipsam so-
lidauit et tandem adueniens gaudia vite eterne certificauit / et
ad qualia preciosa esset gaudia eciam semel manifestauit /
Quia felicitatem tunc sensit. et quia ineffabiliter intellexit quod
21 mansuetudinis huius premium salutifere vineat in eternum ¶ xxi. Dominus
adueniens amicabiliter se ei exhibuit / aliquando cum hoc familiariter
ei loquens secreta reuelauit / Amicus reuelacio secretorum
vere amicicie est signum / dicente domino Joh. Jam non dicam vos
seruos sed amicos / omnia enim que audiui a patre nota feci vo-
22 bis ¶ xxii. Venit cum delectabili susurrio et in illo modo
sepe suauiter domini se in eam g'c sine contactu perceptibili
fortiter pressit et magnum silencium in ea fecit. ita quod tunc
23 a nullo turbata aut inquietata fuit ¶ xxiii. Venit cum
delectabili refrigerio quam alio tempore venit multociens cum
24 magno amoris incendio ¶ xxiiii. Cum inire sua adueniens
dominus g'am letificauit et recedens eam post se fortiter traxit
25 gaudia sanctorum ei ostendendo ¶ xxv. Venit ita magnifice
et magnipotenter quod g'c non videbat aliud preter deum in terra
et in celo cogitabile totum enim ambitum memorie occupa-
26 bat magnitudo maiestatis diuine ¶ xxvi. Venit deifice
27 sepe liberime g'c ab omni ymagine creature ¶ xxvii.
Venit dominus Jhesus cum patre et spiritu sancto vnam hanc cum eis opera-
cionem / Amicus deum est enim ad hoc quam ait. Qui me suscipit
28 suscipit eum qui me misit ¶ xxviii. Venit festinanter
et celeriter occurrens. Secundo cursu dixit ei dominus / Ego
perfectus homo et deus ex te de altissimo throno celeriter cur-
rens veni ad te [illegible] ubi tanta multa huius asperitatem
ego ante dum laboraram antequam viam hanc ita planam
29 efficerem ¶ xxix. Veniens vtero g'c magnificauit et in magni-
ficacione g'a multorum fetum seu puerulum in vtero agilius sali-
ente delectabiliter sensit. Sensit siquidem huius fetum tamquam
infantem vivum / aliquando sic ac si puerulus in magno sola-
cio iocunde tractaretur et magnum festum gaudium celebraret.

Aliquando autem corporali fletus motu et saltu percepit tinisione
et pressuram penalem ¶ xxx. Venit cum spirituali iubilacione/ 30.
et tali aliquando dominus seipsum in anima sua peperit. Aliquando
autem eam talem effecit ut non seipsam valuit spirituali parere/
ymo alios multiplices vivos fructus super eam potuit rese-
tare ¶ xxxi. Venit ipsam adunum humilians. ipsaque vilissima 31
reputans efficiebatur penitus in oculis suis ¶ xxxii. Venit 32
cum blandicione. supplicacione. oracione. et graciarum actione. vel effi-
ciebat in ea blandicione et hinc anima cum corde fulciente
pro tendio blandiendo occurrit domino venienti ¶ xxxiii. 33.
Per adventum subtiliata et quasi tota spiritualis effecta in corpore
et tota elevabatur alta nullo corporali sustentaculo retenta/
¶ xxxiiii. Ipse domini presenciam et eius presencie spiritualem effica- 34.
ciam in toto corpore fuit tremula. seu tota ut folium
populeum mota. Dominus enim ihesus adveniens in sacro
aliquando eam quietavit/ et aliquando ad laborem et inquietu-
dinem magnam provocavit/ et ita ut frequenter gaudium nomini tri-
buens lacrimas abstulit. Aliquando vero ipsam largissime lacri-
mantem effecit/ ita quod sine oculorum clausione largissime
fluerent lacrime quarum altera alteram impellebat et seque-
batur quasi nichil inter eas mediasset ¶ Porro singultus
et fletus erant quidem ita vehementes et sonorosi quod non
valebat eos abscondere/ quamvis adhuc fuerat conata magno
conamine ¶ xxxv. Veniens ihesus exteriores clausit et in- 35.
teriores aperuit ¶ xxxvi. Dominus venit sanguinolentus 36.
et vulneribus plenus dicens sic: Quia talem oportuit intensum
desiderium pro vita eterna habere/ Ego non veni ad te primus
prout sum natus/ sed iste tam pauper et magnus. quia pauper et
magnus pependi in cruce suspensus quando corpus meum
fuit totaliter exinanitum/ et pene simpliciter consumptum. scilicet
circa vite mee terminum/ Hec ideo dominus dixit quia sponsa
in principio adventus domini/ dominus ita primus sibi erat qui
primo fuit natus adveniret ex quo intensum pro vita eterna
me oportet habere desiderium ¶ xxxvii. Advenit cum magis 37.
me et sibi innumerabilibus bonis fructibus. ex quibus
spiritus eius super modum fuit in domino consolatus et delectatus
in tanta excellencia tam varie quod hoc non sermone va-
lent exprimi/ sermo eius mentis intelligencia erat hora in spe ignaras

·13· Hucusque de sentimentis eukaristie complexis · c · xiii ·

Hucusque aliqua simplicia venerabilis eukaristie
sentimenta sunt enumerata per modos simplices veni-
endi / ex quorum modorum conbinacione alia et alia multipli-
cata sunt sentimenta · et facta sunt tam varigena quod eorum
multitudinem ac diversitatem quia gratia habuit experienciam se
non reputavit posse exprimere pro omnem suam diligenciam / Plures
autem plures modi qui tacti sunt per summa · c · scripti-
onum aliqui in libro de vita gratie et aliqui in libro de festis
sunt exarati / et aliqui per exemplo hic subiungendi / Fue-
runt enim de predictis modis simplicibus · aliqui quinque / aliqui decem /
aliqui xx · simul combinati · aliqui vero plures / aliqui
pauciores commixti / qui unum veniendi modum seu sentimen-
ti efficiebant complexum ¶ Primus · Quadam vice dum

Primus mo-
dus venien-
di complexus

extrema esuriret pro sacro eukaristie et tam fuissem exinanita
et viribus destituta quod sperando attraxi statim et me esti-
marem / iam esse prope mortem si sacram sumpsissem tam prolongatam
dilatam / tunc in sumpcione sacri sacro sancti dominus adveniens
michi omnipotens deificet cum caritatibus fervente ardente et in-
saciabili et in fatigabili bona revelacione / magna corporis
et anime sanitate et confortacione cum blandiciis ineffabilibus
magnis et fructibus valde multis ac preciosis ¶ Hec cum
gratia expressisset adimplet / fructum ac bonitatem michi hac
vice factam / mediocritate mediante mea tota racione non va-
leo comprehendere · nec illud prime dein potuissem exprimere
nisi dominus specialiter me instruens iuvisset me · Cui dixit
in Si quis dedisset tibi omnia bona mundi adhuc anima
tua non recepisset ad tantam consolacionem ad quantam nunc per-
venit · Ego volo te cogitare quod huiusmodi magna beneficia mea
data sit omnibus / nec oportet te cogitare quod facia eciam hominibus
multis ¶ Hoc deo gratia illuminata magnifice vidit in spiritu
multos sacerdotes frequenter celebrantes coram se stan-
tes sic apperiret ac si decem dominum beneficienciam in ea cognos-
centes et amantes dolerent quod eciam hanc in se non sen-
tirent ¶ Alia die dum cor meum quasi in saltibus pro
deo fortiter saltasset et vices consumpsisset dominus
quasi consimili modo adveniens misit michi spiritum suum cum
caritate fervente ardente dicens michi / Tu sumpsisti langu-

vida / nunc es sana. Tu fuisti esuriens, nunc es saciata
Tu non valuisti pre desiderio et esurie orare / nec aliquid
agere / nunc cognosce magnas benignitates in me / et pro
ea largissime. clama altisone / ora et age quod tibi pla
cuit anime tue / Hoc dicto mox oriebantur in anima mea et
corde blandiciones / supplicaciones / et graciarum acciones valde
magne et oportuit me alte ad dominum clamare fortiter flere
et supplicaciones quas me dominus docuit porrigere. Prior .c.
ante vesperum dum hec fierent in silencio extitit et quasi
primam integram horam cum anima audivit magnum so
num fletum / suspiriorum / peticionum. blandiciorum et querele / non
tamen intellexit verba distincte. Secundus modus ve

Secunda die. Dum alia niendi complexus. capitulum .xiiij. .13.
sic intenso desiderio / et corde exspiracionibus amoris nimis
tu vulnerato accepissem sacramentum. dominus mihi advenit val
de omnipotenter deifice cum variis virtutibus. gaudiis / pro
fusis fructibus. amico colloquio. bona voluntate / et cum
multis aliis bonitatibus sive effectibus quos nescio enumerare
venit celeriter currens ad animam meam sibi intime uniens
illam perfecta unione. omnes vires mee exultaverunt et se to
timo in obsequium exhibuerunt / quarum una serviuit. alia
siluit. tercia saliens gaudere cepit. quarta saciata et
confortata fuit / quinta dominum laudabat. sexta viriliter age
bat. et sic unaqueque quod suum erat faciebat / et suo mo
do domini advenienti beneficencias percipiebat. Tunc dixit
mihi. Ut flendo largissime adiutum est. Fili dilecte ego
nescio quando dominum debeam videre. aut quid mihi dominus
velit facere / ipse enim nunc magnificencius venit ad me quam
prius solitus est venire. Tercius veniendi modus co

Alia die michi cum magna diffi plexus. c. xv. 14
cultate sacrum in fine missam exspectanti / sicut unus
exspectans cibum qui nimio esurie cito videtur mori
tum appropinquare. Dixit dominus Tu ite hic sedes. sicut
in convivio sedent homines. quibus panes decorticati iam
sunt appositi / ferculorum apposicionem exspectantes. Ut dilec
tissime mi domine adiuva me et tu ipsa prepara me ad susci
piendum te. Ad suscipiendum autem sacramentum dominus venit in
esu deifice valde amicabiliter cum magna celeritate hylaris

et currens celeriter / Inveni ergo optimum anima mea clamans
in magno gaudio dixit / O domine pater predigne et
eterne · tu preciosa consolacio · Cui inquit dominus / Iam ci-
bus optimus et preciosissimus tibi est appositus nunc come-
de et saturare ut non oporteat te pro illo quod est tran-
sitorium esurire · Quartus veniendi modus complexus · C xvi

·16· Alia die postquam revelaverat dominus michi suum adventum
fore magnificum ipse sumpcionem eukaristie / Cum dominus coram
me cepisset magnus apparere · anima mea in eius occursu
cepit fieri magna ipsaque et dominus intrabant totaliter
infra se prime corporis / me hoc vidente cepi totum in corpore
et anima ferventer ardere et summo amoris ardore flam-
mare cum corporis sudore pariter et tremore ¶ Tempore in
tali disposicione dum suscepissem sacramentum / dominus ad-
venit michi valde celeriter currens / familiariter deifice et
amicabiliter se exhibens cum caritate fervente ardente / lar-
gissimus lacrimis et caritate languente ac variis bonis
fructibus ¶ Domino autem sic familiariter occurrente dixit /
Omnipotens eterne laudate dulcis fili dei ¶ Postquam autem Christus
et anima mea fortiter et dulciter convenerunt se intime et
amicabiliter et imperialiter · unione consummata dominus se mag-
nificavit valde in anima · ego vero tam fervente ardens
sudavi et ubertim flevi ex sensibus exterioribus quasi michil
visa sum · ut actus sensuum exteriorum quasi fuerunt ablati · michi erat
iterum sicut solet esse cum sponsus suus michi advenit magnifice
cum ingenti sonitu et magno tumultu ¶ Porro in fletu
illo dulcissimo orte sunt magne gratiarum actiones · supplica-
ciones et amatorie blandiciones quas dum continuassem
per spacium horarum in utroque homine · Dominus dixit michi amice
si prius non habuisti magnos labores nunc debes habere
ingentes · decetero enim volo venire ad te cum magno gau-
dio et caritate feruenter ardente ac multigenis bonitatibus
quemadmodum tibi prius advenit sponsus suus ¶ Tempore tu de
me amicicia magnifice · amicicia inquam ex adventus mei
magnitudinem cursus mei celeritatem magnam ferven-
tem ardentem caritatem · ingentem iocunditatem / tam ar-
dorem / fletum et sudorem / revelaveram tibi antequam tibi
advenirem · Tu te totam obtulisti michi / et ego totum me

tecum volo habere voluntatem; mi dilecta ego semper volo
tecum esse. Bene in hac beneficiencia fuisti morti valde
vicina, et si fuisses mortua, ego primo ipsam animam tuam
absque omni impedimento mecum duxissem ad vitam eternam.
Hec interim me cogitante de illa magna bonitate nostre
humilitati dicte meo · c · dixit michi dominus · Ego met volo si-
bi dicere supple pro te · **Quintus veniendi modus capitulum** · ii ·

Hesta die sumpto sacramento dominus advenit michi · **c · xviii**
magnifice et seriosus ac rigidus valde cum cruditatibus
languente et desiccativa ac cum magna amaritudine
corporis et anime. Impressit enim se in animam meam sic ac si esset
fasciculus mirre, et totaliter eum ut mirram sensi. Nam
solum erat seriosus sed etiam inquietativus valide, inquie-
tans corpus meum et animam in quibus orta sunt magna
tempestas et magnam habuerunt inquietem sitim et e-
suriem pro huiusmodi domini adventu. Non autem sitim neque
esuriem pro cibo aut potu corporali, sed pro vita eterna et
cibo celesti. ¶ Sane ob hoc anima mea fuit tristis et turba-
ta, nec audebat in occursum domini currere et eum suscipere,
aut ei blandiri per aliqua verba neque parare pro hospite domino
ihesu hospitalia sicut alias fuit solita quando domini adventus
fuit hylaris et iocundus. ¶ Postquam sic mesta diu sedissem,
auscultans si dominus aliquid dicere vellet, et dominum nil dixisset,
anima inquieta ac mesta valde cepit altisone ad dominum
clamare, aliqualiter blandiri et supplicare · querens requi-
em et pacem sed non invenit illam. Tandem dominus dixit michi
Tu semper vis habere satietatem · qualem ergo vis habere pro
me esuriem. Revera tu iam longo tempore post sumpta eucha-
ristiam non habuisti esuriem verum et magnam pro vita eterna.
Mox hoc dicto anima cepit clamare · et ego cum ea clama-
vi dicens. Domine dilectissime, ego mallem semper esse saciata
de te, quam esuriens esse pro te. · Et dominus · Ego abhinc quando
in sacramento suscepisti me uniformiter permansi in te con-
servans te in magno gaudio et sacietate. Nunc ergo ha-
be magnam esuriem pro me. Hoc dicto corpus meum et ani-
ma mea magnam habebat esuriem · ut habebit in domino requie
· s · corpus in tumulo et anima in celo · ceperunt igitur simul
habere litagium · cupientes ut in eis fieret divortium, timme-

iuitque valde aspero domum et turbabatur. Et ait dominus: Quando
anima tua est turbata, tunc omnes vices tue tunc tecum habe-
re gaudium debent etiam tecum hic labore magnum. ¶ Porro
ego dum siti esurie et labore affligebar amarius dixit michi
dominus etiam talia. In die passionis prote sum passus
ideo illa nunc per me sustine. Nempe totum quod tibi facio hic
facio tibi propter tuum melius ad anime tue salutem et ut pro-
movearis citius ad vitam eternam. Sextus modus veniendi
.18. Alia die aspiri sancto feruore ad complexus. c. xviii.
Hinc tensa qui michi fuit ante missam. Et mei plures
misit flenti tamen largiter in supplicationibus et blandicionibus
meis quod non consideram elevacionem hostie coram me. Cumque
iam finitis prope horam communionis mee, misit me dominus in
faciem pectore et fortiter flendo ponam defectus christianorum ipsum
suppliciter exorare. Ac me orante totius mundus cum
variis defectibus fuit michi ad presenciam reductus, inter
quos defectus dilectionis dei et proximi apparuerunt magis
magni et communes avariciam et luxuriam, superbiam, invi-
diam, et voluptatem carnis vidi in valde multis. Iusta
ergo complens ac per me orans ut dominus me separet adesse
extiti ita plena lacrimis et merore quod ignorabam quomodo
me ad suscipiendum sacrum debite componere. ¶ Porro
sumpto sacramento dominus venit celeriter cum eo delicate cum
varia crudelitate leticiam et dulcedinem ac fortitudine corpori
et anime mee tribuit, et oculis fonte lacrimarum, animaque ex
intenso dilectionis fervore clamavit altissone ex sua in-
timitate in occursum domini sua blandicionis amatorie va-
ria, inter que fuit ista. Hospes valde magnificus et
alte laudabilis venit ad me. Dedit quoque anima mea blan-
diendo domino multa nomina, ut sunt ista: protector, gub-
nator, custos, redemptor, sanctificator, cognitor, sal-
vator, preceptor, promissor, benefactor meus etc.
Et dixit michi dominus: Dic: Domine Ihesu Christe, precipe
omnibus viribus meis et spiritibus ut tibi soli serviant in-
terius et exterius. ¶ Nempe postquam in magno ardoris
amore inflammata fortiter sudavi et largiter flevi
dominus fuit michi valde amicabilis stans super me a-
mans me quod continue laborarem blandiendo et flendo

meos dum fervide

meorum fervore ut non oporteret eum denuo incendere. Ex
hac admonicione erumpebant de oculis meis magne lacrime
et sudor largissimus de corpore. ¶ Tempore blandicionis suppli-
cationes et gratiarum actiones continuavi ultra sex horas flu-
endo et flendo in magno amoris ardore. ¶ In festo quasi de-
ficiens volui ut permodicum quietem cessare. Sed amores
instigaverunt me per dicta continuare et ut in hoc possem proficere
immisit michi spiritum suum cum infatigabili caritate. Septimus

Alia die dominica ¶ modus veniendi complexus. c. xiv. 19.

caritate a spiritu sancto inflammata incrombus fervet
flens fui sollicita ne cessaret aut remitteret in me divinus ar-
dor antequam veniret ad me confessor. Desideram enim confiteri
et esse. Quociens sic sollicita fui, tociens a domino incendebar
tum ferviens quam fortiter sudans largiter flevi. Duravit hoc
fervor usque ad finem confessionis mee continuatum. Desiderium
meum cum esurie ad sumendum dominum angebat in tantum, quod esuri-
es spiritualis ita prevaluit, quod meo vide nisi sacrum sumpsissem il-
la die ieiunare non valuissem, quamquam esurie illa non fuit
originalis corporis sed mentis, que erat ita anxians me quod in
totalis apperebat. ¶ Mirum quia mens anxia in tam valida
esurie solet divina desiderare. ¶ Sacramento accepto dominus ve-
nit valde omnipotens deifice in tam excellenti magnitudine gau-
dio, caritate, variegenis bonitatibus et multigenis fructibus,
quod hoc non solum non valeo exprimere, sed nec intellectu compre-
hendere, et hoc eciam dixit dominus anime mee, que mox cum si-
clamavit altisone proferens blandicionis amatoria verba.
¶ Porro cito post sumpcionem eukaristie anima mea rapta
pervenit ad valde magna gaudia, et hoc solet fieri cito
post eukaristie sumpcionem ut frequenter, nunc autem in festo rap-
tus hoc accidit specialiter, factus est sicut ante cor meum cla-
mor magnus et quasi gradiencium in bellum tumultus
exterior. ¶ Clamoris et tumultus magnitudine anima ra-
pti rediens clamavit valide optima que potuit blan-
dicionis verba, exaltata valde occupata ut hospites qui cum
domino veniebant reciperet suscipere et honorifice tracta-
ret. At ego soli domino adherens corpore et anima sursum
elevabar, ac si nullo corporali sustentaculo retinerer, tran-
scivi me tamquam vitrum mundum et tenuem ut folium papiri

pter nimium gaudium et insolitum domum adveniunt ¶ Item
pe post blanditiones amabiles verba dum finissem co
fortata dns dixit ad me. Si non acclamassem te .s. p
clamorem magnum qui factus fuit ante cortinam tu a vita
excidisses et superveniente non valuisses ¶ Sane tu debes
te diligenter respicere quando venio ad te magnifice / et te
ipsam sic gerere ac si mox a vita mali debes excidere ¶ Semp
pe hodie spiritum sanctum meum misi tibi tecum / et nunc sum te
cum cum patre et spiritu sancto personaliter unus cum eis unam
in te operationem / et unam nobis fecimus mansionem / Ecce ne
vitulus saginatus est occisus / convivium permagnum est
instauratum / amici magnum patris et filii convenerunt
in unum ¶ Amplius tu bene percepisti singulis sensibus
tuis anime et corporis qualis sit hic tumultus quale
et quantum convivium ac quam magnum gaudium et iubi
lum / multo magis iam gaudes ex quo sum hic cum patre
et spiritu sancto / et volumus in anima tua et corde tuo facere
mansionem ¶ Et ad inixit ipsa. Revera quamvis ego sim indig
na multociens tamen dicta domini verba / mecum sum experta
nam multocies post acceptionem eucharistie sacro sancte
vidi et audivi spiritualiter et corporaliter secundum utrumque hominem
sonorosum tumultum et exitum magnum vehementer et pul
cherrime ornatum quod adimpleas precedentem sic odora
in suavissimum odorem et sapor dulcissimum saporem tibi
delicatissimum ac delectabilissimum / ex quo sum delicate re
fecta et optime saciata unus in corde inbibitum et audies
symphoniam musicorum iocundissima. Attamen hec que
sensi corporis sensibus percepi pre dimidancia ab melioribus aie
20 sensibus · Octavus veniendi modus complexus · C. xx ·

Alia die sumpto sacramento dixit michi dns / Ego venio
tibi omnipotenter / deifice · fortiter / ditanter / largiter /
misericorditer consolatorie et dulciter cum patre et spiritu sancto /
venio etiam ut redemptor · gubernator / custos · illuminator
pater / salvificator / ut te gubernem / custodiam · illumi
nem / diligam et beatificem / Rursus venio ut te michi
placentem efficiam et saciem / ne pertransitoriis esu
rias nunc amplius · venio ut tibi intensum ac deternam
tribuam desiderium / venio cum virginis caritatibus

et cum multigenis fructibus et magnis operationibus / nec tu
vales exprimere qualibet vice qualiter venio ad te / ymo
nec hoc plene vales comprehendere tota tua vita. de-
inceps debes habere pro diversis bonis multiplicem
et ut unius gratie sitim et esuriem / et hoc dicta expecte
de adventu meo dicere quod sinceris ex consilio meo et in-
formacione ¶ Porro non est putandum quod aliud aut aliter
fecit ei ante / sed hoc est dictum ut dominus dicta sua autori-
zaret et gratiam suam a sollicitudine relevaret. Novus

Alia die cum a- veniendi modus complexus. c. xxi 21.
capitulo gaudio plena redijssem et me erexissem / in
me vehementer sensi dolorem me valde affligentem
et gravius infirmantem in tantum quod non valui aperire adoran-
dum os meum / cor meum erat tam ferventer estuans / et
totum corpus meum ex ardore tam largiter sudans / quod ce-
pi fieri quasi amens et nimis esurie spirituali affligi ob
hoc me ad stratum meum reclinavi cogitans ex quo non
possem orando me preparare quod vellem saciari illo die tacere.
¶ Postquam ergo reclinavi me dominus dixit ad me. Velociter sur-
ge et para te ad suscipiendum me sacramentaliter / ac ego
mox surgens pre debilitate sine amiculo stare non potui /
manibus enim me tenui ut potui / et ad sedendum me composui /
oratiunculis ad me preparandum tam intensum habens desiderium
ad dominum suscipiendum quod vix valui expectare donec acce-
pi sacramentum ¶ Porro quamvis inter hec amare ~~fui~~ fuerim
cruciata / attamen gaudio eram plena. ~~sciens~~ sciens do-
lorem non esse extinctum naturali / sed extincta aliqua spirituali
¶ Sumpto sacramento dominus advenit deifice / omnipotenter dicam / hy-
laris et cum caritate fervente ardente. educens largifluas
lacrimas. que licet pre fervore tamquam flamme de oculis ex-
ierunt / attamen non adurebant sed leves et dulces erant
oculos meos non offendentes sed quasi collirio optimo per-
ungentes. Verum sensi dominum omnes vires meas anime et
corporis perfundere. et sua virtute pertransiendo omnia interiora
mea et exteriora beneficiare. consolari et letificare. nichil
enim erat in anima aut corpore quod non fuisset visitatum et per-
transitum divina virtute que omnia suavificabat perfecte / sunt
iterum omnia amplius in me dulcorata / quia prius fuerant

animas doloribus afflicta ¶ Deniqz in ista domini visitacione
et ilic virium mearum perfectione sensi magnam sanitatem et forti
tudinem michi collatam. nec sensi me aliquid doloris aut
infirmitatis habere nec habuisse. Cepi ergo in illa amicabi
li domini beneficencia magnifice amari, in qua amacione
oriebantur in me. donis hac speciali efficiente magne gra
ciarum acciones. supplicaciones et blandiciones cum lacrimis valde
largis. De quibus dixit dominus ista. s. gratitudo. supplicacio de
cum lacrimis tibi fidele debent testimonium perhibere me operatum fuis
se inter beneficia bonitatis mee iam premissa. et quamquam
hec hucusque non erit necessarium te habere sollicitudinem aut
timorem, ne seducaris per spiritus maligni fraudem ¶ Rursus si
cut omnes vires tuas interiores et exteriores visitavi affli
gendo illas magnis doloribus et eciam pene, sic nunc visito
singulas vires tuas letificando illas, et magnifice beneficiando
do ¶ Ceterum ipse qui non esurivit prius illa non saciatur amore. et
qui non affligitur prius lugendo. ipse eciam non sentit dulcorem
me suscipiendo, Tu utique debes prius graves sustinere la
bores et quasi omnibus viribus tuis fuisse, ut me possis obti
nere. hoc enim paucis hominibus cognitum est et super terram
valde rarum, multi siquidem vellent me habere. sed pauci se
cum pro me volunt graves labores perferre. Decimus vomi
22 Alia die post m endi modus complexus. C. xxii
Attentissimum et afflictivum precatum desiderium domina in sus
ceptione sacramenti adveniente deifice, sensibiliter, cum iocundi
tatibus valde magnis. s. superaffluente. dulci et locuple
tante pre bonorum habundancia michi ita sic fuit ac si
in me fuisset vita eterna, et sic ac si cum domino deo unita
fuissem, ebrietas spiritus redundabat in corpus in tantum quod
non valui aperire oculos meos, dormitabam quodammodo
et sopori miscebar, tenuit tamen anima non ita alie
nabatur tunc, michi eciam sic erat ex delicia plenitudine
quibus plena eram et saciata, ac si tota terra esset immunita
ta et dilectione plena. certe tantus fuit michi tunc status
in sompnis ac si in vita eterna tunc fuissem auditus. Undeci
mus vomendi modus complexus. Capitulum xxiii
23 Alia die domina adveniens michi valde omnipotentis dei
fuit cum altissima desiderativa caritate, que erat

tam magnifice desideratiua pro vita eterna quod similem et
tantam huius non cognoueram. Venit enim hoc cum caritatibus
nouem .s. feruente ardente infatigabili insaciabili /
vulnerante / sitiente / exhylarante / languente / impacien-
te / et desideratiua omnium. Sponsus adueniens ille eciam
est ibi cum celeri cursu / amico colloquio. Bona remu-
neratione et multiplicibus fructibus valde bonis / Dominus
in me multipliciter hunc actum / et ego pre multitudine agen-
dorum nesciebam quid primo foret agendum. quelibet enim
caritatum / inclinabat ad suum actum / Ideo fui valde inquie-
ta et actionibus plena quamuis fuerim eciam gaudiosa.

Duodecimus veniendi modus complexus. C. xxiiij. 29.

Alia die / Cum largas effudi lacrimas in magno gaudio
sedens dixit michi dominus. Istas lacrimas hausisti de vite
eterne fontibus hac nocte dum tibi in tempore puer inne-
nis et delitiis fuit oblatus cum quo iocundis lusisti di-
ebus. Sponso ego optarem michi aulam talem qualem
libenter volo inhabitare. Est enim sic armata anime quod nullus
audet te offendere. nec aliquis audet tibi nocere neque pos-
sunt quicumque te aggredi. Hoc dico propter intensum
desiderium cum difficultate expectatum sacramenti / In eius
susceptione dominus venit michi valde amice et consolatorie /
locupletauit et celeriter cucurrit cum tam magno gaudio
quod anima non valuit clamare aliquid occurrendo domino / nec
aliqua parare hospitalia ad hospitem dignissimum suscipien-
dum. Et ecce dominus pre nimia amicabilitate non potuit
se continere. sed mox ruebat in amplexus anime vinciens
sibi animam intime. In mutuis vero amplexibus et vnio-
ne domini et anime fiebant tam varia agenda quod hoc nullo
modo sufficio exprimere / Dixit autem michi dominus valde amica-
tiue. Si tu pluribus indiges aut plus super eciam habere
debes. ego vellem tibi tribuere nec vllatenus negarem /
Hijs dictis senciens vidi dominum se michi exhibere ita amica-
tiue vite sicut homo diceret homini nimio amore / si ma-
nibus meis in fine te posuissem vellem te gestare ego libenter
vellem hoc opus adimplere. Tunc pre hoc precium ad mag-
nam vite eterne altitudinem ingerentem hanc spem me cito
morituram et mox post mortem vitam perhennem habituram

Nota quod hoc sentimentum precessit eius mortem bene per dimi-
dium annum · Tercius decimus veniendi modus complexus
·25· Alia die anima et spiritu meo esse in vita · C. xxv ·
absolutum desiderantibus et inter se perseperacione cona-
tibus flevi fortiter valde intensissime huius desiderii visi-
tacionem examinatorum virium ut sustinerem · Quo accepto dominus
venit cum desiderio ineffabili intenso et esurie nimis
valida pro vita eterna · Et hec omnia fuerunt ita excellencia
altancie palignatulam moram in oratione tenuerunt · fuerunt
plus meliorata in quibus inconsolabiliter flevi / cupiens
dissolvi et esse cum christo · Cum exteriores sensus meos clau-
derem / interiores aperuit et animam meam magnifice illumina-
vit · Quo facto anima vidit in spiritu dominum ihesum sanguinolen-
tum / vulneribus plenum et ita magnum prout in cruce pepe-
dit / et hoc ideo actum fuit quia modicum ante hoc anima
mea cogitavit · Quomodo dominus veniret ad me ita parvus / qui
admodum fuit quando erat natus · ob hoc oportet me desi-
derium tam intensissimum / et esuriem tam validam habere ad
eternitatem / michi ergo ex hac visione passionis dominice
sacramenti uberius quam prius dixit michi dominus / Ego non veni
ad te parvus / sed perfectus et magnus / talis siquidem et tantus
qualis et quantus sum quando in cruce pependi / huius corporis
· vorqwetst vornicht vn vorczert variis tormentis attritum / exinanitum / totaliter et conspu-
tus videlicet quando iam ultimum volui efflare spiritum · Et ego
quia anime tue adiuta revelavi etiam manifestius quam
prius / ob hoc anima non permittitur terrene rei aliquam habere
quietem nisi ad cultum meum simpliciter necessariam / Ex hiis
dictis sum consolata · et domino ihesu intime compassa / qui michi
ita prius cum sua passione amara permanserat / sicut innu-
merabiliter in die passum se michi ostenderat · Quartus
·26· decimus veniendi modus complexus · Capitulum xxvi
Alia die dum anima mea post sumptam eukaristie in
abyssum divinitatis demersisset se profunde et univisset
intime dominus ei pacem multiformia bonitatis sue benefi-
cia impendit et varia revelavit sicut michi indigne
frequenter fecit / Inter que multa sunt michi ineffabilia /
michi quidem cibum corporis accipere volenti ex magno
cordis iubilo oblita sum / et flexis genibus pro nimia

horam me nesciens extaticis absorpta eram mensulam me-
cum remansi, infra quam dominus anime mee susurrando
multa dixit, que in fine hore per hoc dictum sic est distinc-
te patefecit. At ego senciens me inestimabiliter magnifice
beneficiatam, remoto cibo de suo valde modicum accepi.
mox corrui in faciem ut grates agerem et benedictam repe-
terem. Et dixit michi dominus: Dic adhuc. Et: Deus fecit
michi quoddam novum, michi in mensa sic erat quasi
dominus de suo super michi cibum misisset. ita quod sedens sum
magnifice beneficiata. et sum valde ebria et dives effecta,
nec apparet michi quod umquam fuerim talis. Disposita exterius cibo cor-
porali, neque videtur michi quod exterius cibo et potu corporalibus sim
effecta tam iubilosa interius, sed michi videtur dicere quod sum
refocillata cibo et potu spiritualibus in veritate. ¶ Addi-
ditque dominus dicens: Ego modis variis soleo tibi ad-
venire et bona spiritualia facere que ignoras et eciam istos
modos exprimere non vales. Extunc nunc volo tibi explicite modum
patefacere, quo tibi soleo sacramentaliter et spiritualiter advenire
nunc. ¶ Primus est quod advenio tibi sicut puer parvulus 1.
prout sum primo natus. ¶ Secundus est quod advenio tibi sicut 2.
vir etate et quantitate perfectus, et tantus qualis fui, quando
super asinam sedens Ierosolimam sum ingressus. ¶ Tercius 3.
est quod advenio tibi cum magna omnipotencia divina et eter-
na. ¶ Sane oportet me utique tibi taliter advenire quod cognos-
cas te esse miseram et pauperem hominem, me vero magnum et
habentem potestatem omnipotentem, et habentem potestatem agendi
sicut volo, ac eciam habentem potenciam veniendi sicut ego
volo. ¶ Nempe anima tua sponsa mea quando eam assump-
tam videre permitto, tunc statim bene cognoscit et oculis suis
clare perspicit quali modo ei advenire propono. Et quamvis hoc
ita sit tu tamen adhuc nunquam fuisti ausa hoc dicere te scilicet
adventus mei qualitatem precognoscere nisi quando iussi te et
extitit de beneplacito voluntatis mee. ¶ Primo quando sicut pu- De primo modo
er parvulus tibi advenire volo tue anime mee, tunc propria gra-
ciosa permitto, que hoc senciens flendo et integre desi-
derando clamat ad me suppliciter quod velim venire magni-
fice. Nunc namque me parvitate ingrediente mundum o-
portuit me flendo clamare non propter meam sed propter tuam miseriam

obsecro etiam multo flendo clamans propter tuam miseriam propriam
ac indigentiam. Ego autem sicut puer parvulus adveniens
eunte/ tunc in animam tuam repono me ita parvulum sicut
natus in mundum sum vestimentis adpresepium/ tunc enim fui
puer pauper et modicus loqui tamen bene scivissem si vo
luissem/ Sic adventu meo tali licet senciat me tibi pre
sentem. ego tamen permitto te pauperem/ et modicum loquentem
tecum/ permitto te mundum in spiritu contemplando permanere
ut possis cognoscere miseriam et afflictionem quas ibi esse
animo contemplato cum mesticia. soleo trahere animam tuam
ad eterne vite gaudia/ quibus contemplatis traho te
tam valide ad illa tribuens tibi tantum intensum desi
derium ut possis veraciter perpendere vitam eternam esse bonum
optimum. Valeasque facilius ac perfectius te ad eterna con
uertere. Tertium vero tum ad transitoria facilius pertinet

Secundus modus ¶ Rursus me tibi adveniente ut vir perfectus super asinam in
virili statura tue beneficio animam tuam sponsam meam
magnificentius quam feci prius/ specialiter illustrando eam
clarius. ita quod ex illustracione posset me et se luculen
cius cognoscere meam permagnam perfectionem et suam inge
tem imperfectionem. Nam ego permitto eam contemplari meam
multiplicem bonitatem et qualiter conversatus fuerim super
terram/ vitam agens inculpabilem et cum hoc doceo eam
sectari humilitatem/ mansuetudinem et pietatem ¶ Hec
me faciente ipsa posset bene per has virtutes a me dis
cere/ qualiter possit me imitari/ et se etiam me meliorare. pos
set etiam de me bene fieri supplex et seriosa ¶ Animam quam
ego ostendo tunc me anime tue sponse mee cum tam serio
sa faciem prius me iniciis ostendi quando in die palmarum eos
qui vendentes sibi res erant expulsi de templo. Sermo quoque
meus licet sit tunc anime seriosus. est tamen suavis et
amicabilius amicabilis ¶ Amplius hoc modo secundo advenio ita serio
sus. humilis. mansuetus. et pius ingrediens animam
sicut super asinam sedens ingressus sum Iherosolimam usque
ad templum ¶ Postquam autem animam intravero/ et illam
meis beneficiis/ tunc me nullum magnificis efficior ei val
de seriosus/ vigorosus. et iustus. Peccatores enim tunc si
militer quod ex hoc bene possent cognoscere tunc meum vigore

quam iusticiam ¶ Postremo quando illo modo ad te incedo / sic te mo-
ueo ad vitam eternam vehemencius quam prius traho / promit-
tens te vite eterne gaudia clarius quam antea contemplari
¶ Post hec dei dicta inquit Birgitta ego sic lucidencius illustrata
vidi qualiter deus in anima vadens usque ad templum habitaue-
valde magna tam mansuetudine quam humilitate et per-
mansit hec visio usque in diem sextum in parte plena et illo-
sa ¶ Acimpe dominus solet michi venire hoc modo / cum magni-
ficat vterum meum aduentu suo usque ad perceptibilitatem fetus vi-
uidi et plenarie formati ¶ Tercio modo quo venire so- Tercius modus
leo cum omnipotencia mea et vita eterna in illo premitto angelum
venio anime tue sponse mee largam munera gratie ditans
eam beneficiis feruencior incendens et lucidencius illuminans /
premittoque ad ipsam sollempnes nuncios spiritum sanctum meum / vt eam
preparet / et ipsa in hoc cognoscere valeat quod velim magnifice
venire · Ego etiam meipsum paro cum celestibus curie mee ex-
ercitu adueniendum gloriose cum magna omnipotencia glo-
ria et honore · Cum autem venio illo modo tercio · tunc adue-
nio anime tue tam suauiter / te suauificans / tam ditanter
te ditans · tam consolatorie te consolans · tam amicitiue
me exhibens in valde magna caritate / et tam excelle-
nter te letificans quod non estimas aliud esse nisi vitam eternam
¶ Reuera / si qualibus vice tibi tali aduenirem / tu nullam
scires esse miseriam super terram / nec tu posses pre habundancia
gaudii et honoris quibus habundares miserias hominum
et defectus cognoscere / videlicet eorum · sitim · esuriem · estum /
frigiditatem · fatigacionem · egritudinem / et consimiles miseri-
as ac defectus / Eciam si tibi in beneficiencia tali semper vni-
formiter adessem · tu non posses pre vita eterna habere in-
tensum desiderium · magnam sitim · aut esuriem / ¶ Hec
inquit Birgitta infra horam super dictam · dum cum anima mea
susurraret et post horam prefata verba · sic est illud dis-
tincte reuelatum faciens me scire que in susurrio non va-
lui intelligere / consequenter toto corde iubilans cum domino
iocundabar ¶ Preterea est sciendum / quod aliqua huius
venerabilis sacramenti sentimenta bene notabilia et hic
scriptis maiora / sunt alibi scripta videlicet in libro vite · vi
· c · viii · xviii · xx · xxi · et · xxii · et in libro de festis videlicet

indiebus carnisprivii. Johannis ewangeliste/ in presto nati-
tatis beatissime virginis festo purificationis eiusdem & in festis ac-
sis. Nec est putandum quod equale qualibet vice dominus venie-
quamvis qualibet vice magnificentius venerit ipsa gratia ex-
pressit. Unde dominus ei dixit. Non potest amicus ad amicum
omni tempore eque magnifice venire prout heri ad te ve-
ni/ nam si hoc fieret cito bona amici consumerentur
que haberet. De grata actione et aliquibus verbis
in anima gratiose consummata Christi et anime unione. C.

.21. Dominus ihesus prefatam in animam gratiose veniens. xxviii
eius voluntatem et desiderium intravit & illa se in
abyssum divinitatis profunde immersit/ et divinam similitu-
dinis induit sicut cera sigillo funditus immersa/ sigil-
li karacterem suscepit et sicut aque stilla vino infusa
aque saporem. colorem. et odorem amittit/ et in vinum
transit. ac etiam sicut ferrum ignitum/ igni fit simillimum
quasi sit amata sua exutum/ Sic in hac gratia fiebat que
igne divino liquefacta/ in divinam transformata est ymagi-
nem ac similitudinem purissimam unionem post eukaristie
sumptionem. Porro ut sciret anima gratiosa quoniam sunt duo
intime coniuncta. dixit aliqua blanditionis amatorie dul-
cissima verba/ Copula vero intime pacta oriebantur ut fre-
quenter supplicationes et gratiarum actiones suavissime et de-
lectabiles valde. ¶ Solebant etiam per nimia caritate ince-
dia in unione illa dominum cum anima cessare oris verba et om-
ni mea verum cogitatus devoti et breves/ videlicet tales
Puer natus est nobis et filius datus est nobis/ nomen
eius est ihesus xpus et ipse est de virgine natus/ Item. O
deus tu puer presens quam bonus es tu. Item. O omnipotens
eterne fili dei quam magnus es tu in omnipotencia tua.
Item/ Iste est suavissimus cibus. sanctissimus. alte dig-
nissimus et optimus quem semper licet ad te tales suscipe. Item
Omnipotens eterne deus venerande dulcis fili dei Ihesu xpe concede
michi bonum terminum vite. Item O tu amantissime puerule. O
tu beatissime puerule. concede michi quod in extremis meis
sis cibus anime mee. Item Ihesu xpe dulcissime in die
in animam meam te merge Ihesu xpe tu optime. qui te
sic mecum bonos hospites demonstrat hic. Item. O omnipotens

digne vnigenite fili dei quo est gracia tua et virtutis tue mag-
na Item / O omnipotens domine permane mecum . alte laudabilis domine
permane mecum / Item / O omnipotens eterne fili dei permane me-
cum / non permittas me exulem neque tristem / sed permane mecum
die noctuque / Item . O omnipotens eterne dilectus domine ihesu christe
permane mecum et fac magnum in anima mea conuiuium / Item
ad me venit magnus hospes et alte dignus / ideo domine
ordina omnes vires meas interiores et exteriores ut tibi ser-
uiant diligenter / Item Domine dilecte omnibus virtutibus vesti me /
et infunde graciam tuam in me / pacienciam / cocomitate / et da sub-
sequietem . Da michi quatuor virtutes cardinales . et tres theo-
logicales . Item . Domine ihesu christe ciba et refocilla me . anima
enim mea feruenter esurit et sitit pro te / Dilecte domine ihesu christe
cum rore celesti benedic me . cum pinguedine terre benedic me /
cum benedictione spiritus sancti benedic me / ¶ Item aliqua verba
domina misit quam dicere pro gratiarum actione talia videlicet et similia
Dilectissime mi domine pro immensa pietate tua qua michi fa-
cis sis laudatus et veneratus millesies mille millesies
quod tam graciose dignatus es ad me venire . Ego regracior
tibi pro omni bono quod tu es . et quod tu summum bonum es / Cui dominus
sic regracianti dixit . Si vales michi mecum regraciari / quod
tu mater mea dilecta et omnes beati in tota curia / Adhuc tu
non posses michi condigne regraciari / Ecce nunc vales cog-
noscere quod ego sum omne gaudium tuum / omnis consolacio tua
et omnis confortacio tua . Dic ergo . Domine ihesu christe tu
es virtus salutis mee / et totius felicitatis mee . Ego re-
gracior tibi pro omni bonitate tua quam impendisti michi
¶ Ecce aliqualiter patet per premissa quod diuine pietatis familiaritas
hanc sic frequenter sic indulsit in hoc sacramento . non vno
modo / sed modis multiplicibus . licet ipse dominus sit in se vnus /
simplex et vniformis . vnde eius exhibicio aliquando fuit suauis
et blanda / aliquando zelosa et austera . aliquando comminatoria . et
directiua . aliquando familiaris / hylaris et iocunda / et tan-
to suauior quanto erat spiritualior / tanto enim erat internior
et purius certior / quando omnes creature disparuerunt / et sensus
anime interius apti fuerunt / Dixitque locutus fuit tunc anime non
per verbum exterius sonans . sed interiora penetrans / nec per for-
mam ymaginariam se ostendit / sicut alias aliquando fecit / sed

sine omni effigie se presentant anime eius faciem letificantur
celesti munere et vitant gustum sine pretere presonancem
mixti suam dignacionem et desideriorum anime qualitatem
modo ergo differenti et non uniformi per hoc venerabile
sacrum domini ihesus oblectavit anime palatum. Cui sit ho-
nor et gloria per secula infinita. Amen

Explicit tractatus tercius de sacramento eukaristie

Incipit hic tractatus quartus de contemplacione venerabilis domine Dorothee

Quod venerabilis domina Dorothea fuit ad vitam contemplativam per dei graciam debite preparata. Capitulum I.

1 Domina Dorothea primum vera contemplatrix
in meditacionibus est incipiata et fuit ad vitam
contemplativam bene previam domi preparata et
ab hiis que contemplacionem impediunt quan-
tum humana permittit fragilitas elongata ¶ Sane ad
1 ascendendum in scala contemplacionis fuit primo in gra-
cijs sacramentalibus instituta, que percipiuntur in sacra-
mentis baptismi, confirmacionis penitencie et eukaristie
2 ¶ Fuit secundo virtutum habitibus scilicet quatuor cardinalium et tri-
3 um theologicarum induta ¶ Tercio fuit septem donis sancti
spiritus quibus erat inclinata actus excellenciores et perfectiores actus
directa ultra communem hominum vitam eciam virtuosam.
Aggressa est enim valde ardua. De quibus in libro vite
eius dictum, que delectabiliter egit / quia primicias patrie ce-
4 lestis dulcedinis pregustavit ¶ Quarto quia huiusmodi
deliciarum pregustacio non solet hic esse continua propter hoc quod
terminus secundum spiritum sunt accionem et passionem / ne ergo deficeret
in prosequendo donorum actibus et contemplacionibus gradibus fuit
~~refecta~~ refecta duodecim spiritualibus fructibus quos enu-
5 merat apostolus in epistola ad Galatas v. ¶ Quinto ut adim-
pleretur in suo desiderio vite eterne et sic pateret / con-
tra laborem / fatigacionem et tedium vite / vacaretque ma-
gis libere puritati contemplacionis / fuit dotata octo bea-
titudinibus quas expressit dominus et beatus recitat

Matthei viij. ¶ Sic ergo fuit ad contemplacionem preparata
et per hec ab impedientibus contemplacionem remota ¶ Tri-
na sunt contemplacionis impedimenta, scilicet peccatorum infectio
temporalium affectio et mentis distractio ¶ A primo elon- 1
gata fuit per hostie sive mundacionem que facta est per sinceram
suorum peccatorum confessionem et spiritus sancti missionem ut
in eodem libro vite c. ij ¶ A secundo remota est per hoc quod se ipsam 2
maxime castigavit spiritualiter exercitavit, omnia et se ipsam
dereliquit ut in secundo libro vite iuxta consilium domini dicentis
Matthei xvj. Si quis vult venire post me abneget semetipsum
et tollat crucem suam et sequatur me. Et alibi, scilicet Matthei xix.
Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da
pauperibus et veni sequere me ¶ A tercio remota est per mentis 3
recollectionem que fiebat in ea abstrahendo mentem suam
a variis et vagis rerum corporalium similitudinibus a superfluis
et noxiis cogitacionibus et delectacionibus et affeccionibus rerum
dissimilium operacionibus, et sic potuit dicere: Meditatus
sum nocte cum corde meo exercitabar et scopebam, id est purifi-
cabam spiritum meum simpliciter abstrahendo ipsum a predictis simili-
tudinibus et occupacionibus ¶ Hec autem mentis recollectio
et ab omnibus creaturis liberacio fiebat in ea plus divina
operacione quam suo labore. Cum enim multociens contingeret
quasi in ictu deo premente et retrahente ipsam supra se ad con-
templandum, se deum elevante et pro contemplacione delectabi-
lem in cellam vinariam introduxit iuxta illud Cantic. ij.
Introduxit me rex in cellam vinariam, et ibi fuit ab uber-
tate domus dei inebriata et torrente voluptatis eius
potata. Ostenditur per specialia signa quomodo cognoscatur

Postquam hec perfecta in vita extitit contemplativa. C. ij. ij
dei sponsa de vita activa ad contemplativam venisset
et in ea multas consolaciones experta fuisset, dominus ipsam
quadam vice fervente incendens dixit. Tibi nolo vitam
sanctissimam ac dignissimam dicere quia nullus homo habet
nec habere potest nisi habeat caritatis fervorem ardentem et
alios caritatis gradus. Hec autem vita est vita contem-
plativa que non est ociosa et infecunda sed est valde ope-
rosa et fructuosa inter vitas alias super terram. Et dic
ad tuum C. Cum debueris narracionem revelacionis inmensi fere

tibi fatē de vita contemplatiua / de statu altissimo · ad quē in
hac homo vita valet ꝑtingere / nō loquar de illa penitus ꝓ
se / sꝫ dictantes et locuplectatiue ¶ Nunc autem ad hunc vite sta
tum requiruntur tot bona virtutū · multe due bonitates
et ꝑfectiones quas singulas has nō valeo tibi enarrare et ex
ꝑmere / etiā illas quas michi designatus est dñs recitare /
¶ Porro qui in tali vita debet existere · ille dꝫ esse ante oīa
aptius depuratus / et valde multis pietatis operibus exer
citatus / et bonis moribꝫ instructus · nō sit autē instabilis et
simulator / nō yꝓcrita / nō subsannator / sꝫ carnis et viciorū
mortificator / magnarūque virtutū operator / Nullus enim carnis
aut viciis nō mortificatus ad vitā contemplatiuā ydoneus /
nec ꝑinꝗ in bonis operibꝫ est adhuc aptus · quia oportet
hoiem hui9 vite ingressurum multa amara pati et cor
suū contriti ac multiplicis gemitu angustia ad vitā tam
dignā valeat adaptari / Nimirum quia oportet eum plus
pati varias mortes spūales ac vulnera spūalia ex deo
amore quo nichil dꝫ intensius diligere quā deum quia
dilectionē dei et ꝓximi debꝫ tota mente custodire / nec ali
quid dꝫ sibi esse dulcius aut sapidius quā deus / nec
aliquid dꝫ reputare dignius aut preciosius quā deum / Ob
hoc soli desiderio inherens creatoris omnia dꝫ relinquere
ꝓ quo dudum reliquisse · et quia mardescit faciem do
1 mini contemplari / sibi est et dꝫ esse penale ¶ Primo quod
aliquod corporale gaudium cum aliqua creatura eum oporteat
2 habere / aut ab ea aliquam consolationem recipe ¶ Secundo quod o
3 portet eum uti fructibꝫ ꝑituris ¶ Tercio quod cibum bo
4 nū et delectabilē oportet eū habere et accipe ¶ Quarto
sibi dꝫ esse penale quod nō ꝗ valet bn̄ agere et sic viuere
et quod ita pauca sunt quem bene agunt et sancte viuunt ·
5 ¶ Quinto dꝫ sibi esse amarū et esse penale quod adhuc sciū con
templacioẽ oportet eum separari et a celesti patria re
tardari ¶ Amplius dixit gl'a domini9 / Tu es iam in vita
contemplatiua que est ita digna quod nullus valet sciente
dicere se esse in ea nisi tunc certificatus ꝑ ea indicia ¶
Tempore quando me homo apprehendit magnifice et mun
sꝫ me · quod meum aliquid aliud habere nō solum nō delectat
sꝫ in tm̄ affligit quod se habere aliquid ꝑt me nō patitur·

quia vult me solum habere / nec potest aliud habere pre amoris magni-
tudine / talis habet certa indicia quod in vita sit contemplativa

Homo contemplativus habet habere quasi omnes caritatis gradus

Ad premissa addidit dominus dicens quod homo ¶ c. iii 3
contemplativus habet habere quasi omnes caritatis gradus
prius enumeratos in primo tractatu huius libri. Propterea semper
debet habere caritatem fervens ardentem quam multociens habet tam
vehementer ardere quod quandoque infra unam / quandoque infra duas
ebdomadas non valet quiescere / ex eius fervoris magnitudine
non potest bene adesse cibum corporis sumere / nec extrinsecum labo-
rem exercere / neque curis huius mundi intendere / nec temporale
gaudium desiderare. Sed ex magnitudine gaudii quod cum deo
habet aliquando actus dilectionis tam intense et extense exercet
quod nimie fatigationis libenter quiescere vellet si dominus eum
permitteret multociens autem non permittit / quia eum scilicet diligentem
et diligens tunc fervencius quam prius incendit / ita quod incipit
pre ardoris et dilectionis magnitudine afficere eius fugere / ac se in
loco aut angulo abscondere ut possit quiescere. Dominus autem
non permittit sed continue fervencius eum incendens inmane
gaudium tribuit / Sicque per magnum amoris ardorem / ac gaudii
magnitudine eius quietem / corporis refectionem / et exteriorem
operacionem impedit / et tandem tam fervidum ac tam plenum gau-
dio efficit / quod premio gaudio et ardore / ipse sibi ipsi videtur
velle deficere / sentiens non posse manum domini effugere
ideo plurimum cum difficultate trahens spiritum cogitando allo-
quitur deum dicens Domine mi dulcissime quare non permittis
me parumper quiescere aut dormire. nec permittis me corporis
reficere / neque victum laborando acquirere / ubi ne me non sinere
perire. unde tamen debeo sustentari ¶ Porro ego dominus
post hoc efficio eum tam fervidum ardere quod oportet eum ab omni
actione exteriore / naturali rerum temporalium ac sollicitudine qui-
escere seu cessare / Quippe sic ardens potest bene magnifice con-
templari me / in variis bonitatibus et beneficiis meis ei factis
et in anima eius sensibiliter secundum spiritum percipere / Sane homini
tali vite necessaria debent apportari / sicut egrotanti et in
loco infirmitatis magnitudine decumbenti ¶ Amplius inter-
priores caritatis gradus quibus hominibus indigeat homo contem-
plativus / specialiter tamen in quibus deus ipsum habere oportet

caritatem inebriantem et caritatem violentam / prima anima
eius supra se elevetur et rapiatur ut celestia perspiciat /
filius enim spiritualis dilectus / qualis debet esse homo contemplativus
inclito debet esse in qua domus patris sui sit regimine et dispo-
sicione. Inebriantem autem caritatem eum necesse est habere ut lau-
dabilem ascendendi habeat ausum. non nimium metuens cum si-
descendere enim debet per preceptum et contemplacionem / ut contemplando vo-
cem meam intelligat bonitatem meam / omnipotenciam meam
pietatem et iusticiam cognoscat bonitatem et misericordiam nunc omnibus
esse patentem / In novissimo vero die fore impacatam · Quod homo
contemplativus debeat habere septem dona spiritus sancti
4 Item homo contemplativus in quinta domo indi- · c. iiii.
get et habere debet septem dona sancti spiritus / Nam magna
fortitudine indiget / ut possit invadi et omne quod in eo est
vincere / valeatque per contemplacionem ascendere et divinam maiestatem
apprehendere / Quo apprehenso indiget sapiencia quo adgustu boni-
tatis / et ut summum bonum apprehensum bene custodiat ne
amittat / sicut filii seculi prudentes appellantur qui diligenter
bona transitoria custodiunt. Tali vero custodia indiget
dono intellectus / ut vere summum intelligat et acute videat et
circa hoc cognoscat quomodo circa illud magnum bonum scilicet summum
se habeat ut ipsum conservet / In hoc eciam indiget consilio
divino ita quod in electionibus agendorum aut vitandorum sapienter
~~eligat~~ eligat et discrete se in mundo gerat perpetue sequatur
dei consilium / et ut hoc intelligat et obtineat a domino
debet tendere vires suo conamine magno. Certe hec debet habere
scienciam magnam que dicitur in regendis quam nullus sit et
fit ita bene docere sicut ego dominus Ihesus / Nimirum quia debet
esse ita scientificus in scolis meis divinis institutus et in-
structus / sicut homo in scripturis divinis instructus. Et ne
sit de aliorum ignorancia vel defectu indignans aut aliter
quia pie se ihesus ipse debet habere pietatem / ne sit cordis pri-
et perfecti interius. et in exhibicione exterius affabilis et
amicabilis / Revera in quocumque homine est invidia / non
favor / aut in quo est impaciencia / talis non est idoneus ut
sit in vita contemplativa. Inter hec omnia debet habere
septimum spiritus sancti donum · scilicet timorem castum et filialem /
ut timeat tamquam filius virtuosus patris celestis offensam

et indignacionem / et timeat quasi casta timeat / ne separet a me
faciendo aliquid contra meam voluntatem. Homo contem-
plativus debet esse dives in spiritualibus ab omni exteriori occu-
pacione et cura absolutus et ad moriendum paratus · c · v ·

Quamvis autem contemplativus ut predictum est a rebus temporalibus
saltem secundum affectum debet esse pauper et nudus attamen debet
esse dives / quia debet multa spiritualia bona habere in spiritualibus /
Unde dixit hic sponse dominus / homo qui debet esse contemplativus /
non debet esse pauper sed dives quia debet multa spiritualia habe-
re. Unum oportet eum cum hoc incipere / Quippe ipse debet esse ita
dives in mente quod aliquando propter affluenciam celum et terram re-
putet esse sua et tamen circa se talia bona / quod ab eis auferre
putet se non posse / repletusque tanto gaudio et amore quod
non valet aliquod gaudium corporis aut seculi desiderare / In-
telligite eum non posse aliud gaudium desiderare stante
illa disposicione. Sic enim multociens hic sponse accidit quod
se ita divitem reputavit quod aliud desiderare non potuit
et hoc erat propter habundanciam gracie et magnitudinem iocun-
ditatis interne / ac ipsa non solum terrenis omnibus renunciavit
sed dudum antea omnia propter deum reliquit / cui huius rei
testis extitit / et eam sic dicere iussit / Domine Ihesu Christe tu bene
aspicias / quod dimisi propter te omnes creaturas ac omne cor-
ruptibile / omnibus preter te dimissis / nichil adheret michi
nec ego inhereo alicui / Idcirco domine Ihesu Christe adiuva
me / ut tibi firmiter adhereream et cito ad te perveniam /
Hec domino dicente sponsa magnifice illuminata fuit sibi tota
sic transparens et perspicua / supra se elevata quasi spiritus
esset fuit levis et subtiliata / nullum tunc sensit gravamen
sed quo gravata fuisset deorsum. ¶ Rursus dixit dominus / Homo
contemplativus debet esse ab omni cura exteriore et occupacione
exoneratus / quia sollicitudo non solum circa bona exteriora
sed eciam que fiunt pro laude mea adquirendum interdum mentem
hominis aliqualiter distrahit et lympiditatem contemplacionis
impedit / Oportet ergo eum esse magis liberum et ab omni
exteriori occupacione alienatum / tamquam ancillam per eam volun-
tatem / que tamen ita mixtim et bene experiencia mea
sicut aliqua creata alia quiete in hac vita est multum sol-
licitudine onerata ¶ Concluditur ex diversis revelacionibus

quod ad hominem perfecte contemplativum requiritur quod aptus sit quod primatus
ab amore et temporali occupacione liber et absolutus mente
recollectus / acute videns / celesti lumine illustratus. Et non
terreus / Quia enim qui lumen increatum in reserato aspectu
intueri / porro affectuose cogitet omni pre / ut ad portum
cito perducatur salutis eterne / Sit paratus abire ex hoc se-
culo ex intenso ad deum desiderio / ut deum dominus iusserit abs-
que trepidacione exire possit talis homo est felix et beatus sup-
ra eam qui propter mortem imminentem nullam relinquit / nec re-
rit retro se curam quam sollicite cogitaret / hoc autem illius
necessarium esset ut faceres antequam abires / sed sedet exspectans
continue cum elevato desiderio / ut audita domini voce sic
possit esse paratus et promptus / ei obedire / ita quod non trepi-
det exire propter timorem pene in purgatorio aut inferno /
sed ex amore magno intense desiderat mori / immo ex a-
more desiderat mori ¶ Rursus dixit dominus qui in tali vita
debet existere ut possit mori ex amore / talis debet semp-
er me presentem tamquam speculum habere. ita quod omnem spem suam
ad me habeat / et omnem consolacionem suam de vita eterna ex-
spectet et requirat / Homo sic ut premissum est dispositus
est ad vitam contemplativam ydoneus / et vita eterna
dignus. potestque deum in sua puritate limpide contem-
plari / Quod vita contemplativa sit actionibus plena. c. vi.

6. Quia homo contemplativus debet esse valde pius ideo
monuit dominus quod ipse non solum debeat contemplari
celestia et eterna. sed eciam transitoria aliqua. ut pu-
ta cognoscat defectus hominum adeo intime compaciendum /
unde in caritate ferventi et ardenti / in qua numquam debe-
bit exire seu separari. Debet aliquis sic esse illustratus
anime quod oculis anime sue possit contemplando cognos-
cere omnem penuriam que est in purgatorio et super terram
qua cognita valeat ex dicta caritate vehementer ar-
denti indigentibus succurrere / se sciens apud me pro eis in-
terponere. ut singuli penurie minuantur ¶ Tempore hoc
contemplativus hec faciens est magis activus et plus
cognoscit hominum defectus / quia ille qui cottidie cursitan-
do currit. et infirmorum aut quorumlibet aliorum defectus
oculis corporalibus cognoscit ¶ Hec domino dicente

Ex nimio inflammata est caritate et illustrata magnifice
iussa est contemplari omnem penuriam que est in pur-
gatorio et super terram, et fideliter cogitare ut tollerent
penuriam eorum. Dumque hoc fecisset et vires suas fortiter
tetendisset, ad eius preces valde multa venerunt [illegible]
[illegible] dixit dominus, Aspice et attende quam magna
sit penuria, et quam multa sunt agenda. Ideo vires
tuas vehementer tende et potes cognoscere quod vita contem-
plativa sit operosa pie et fecunda. Dicitque ad matrem
virginem, O maria altelaudabilis regina me adiuva
ut hoc opus vite contemplative possim laudabiliter
agere. Hoc dicto virgo maria graciosam se exhibuit et ad au-
xiliandum ei patenter se ostendit. Addiditque dominus ut etiam
suum imploraret auxilium dicens. Dic. Domine ihesu christe fi-
li dei vivi adiuva me quod sic ardeam in tua caritate ut
cum multis aliis ad te valeam pervenire. ¶ Rursus alia
vice inquit dominus. Vita contemplativa non est omnibus
data, quia nullus sine me potest inchoare nec omnes valent
se ad eam applicare. Nempe quamvis multi sunt qui sicut
maria magdalena quod contemplativam agens vitam bene
fecit, et quod ociosa sedebit, attamen non multi sunt qui eam
male volunt attingere. Sancte Johannes ewangelista et maria mag-
dalena fuerunt domini in vita contemplativa quod multi
alii diversorum statuum bene magni attamen non fuerunt ociosi
sed laboriosi, quamvis satis agere, erantque in magna actione.
¶ Porro homo qui est in vita contemplativa potest michi
multos fructus afferre et fieri utilis et fecundus
propter amorem quem habet ad me. Et quia delectat me, liben- m
ter quis me pulsat, ut omnia gaudia sua et omnes con-
solaciones suas habeat mecum in me et non alias. propter
hunc amorem sibi magnam volo exhibere caritatem.
¶ Amplius actiones et labores contemplativorum sunt maiores
quam activorum, quod hii sunt interiores illi autem exteriores. Abstinet
potest homo qui vult abstinere et quiescere, abstinens vero non in
quam ego volo, nec reprimitur multis laboribus exterioribus. Ibi
homo ad ultimum fatigatur et consumitur sicut in laboribus exhauritur.
¶ Nempe ego hodie multum fatigavi te et alias sepe fati-
gabo te per contemplacionem valde alte. Nec tamen sic fatigaveris

laboribus exterioribus sicut illis contemplacionibus actibus specialius enim faciunt operaciones exteriores. Ob hoc ipsa anima contemplatiue supra se rapta suspenditur, corpus sudat fatigatur et atteritur, ac per hoc vires multum tenuantur se in huius actibus consumunt. Huius responsa an-ditis dominus elevavit eius animam trahens ad contemplatiuam vitam etiam, ad quam homo non valet ascendere per naturam, sed natura conante ac gratia elevante et deo trahente. Ubi mox ut elevata fuit vidit quam magnum honorem et gaudium habeant hii aliique similes qui deum in vita presenti perfecte dilexerunt et omnibus renunciaverunt se soli deo committentes, et eius gratie innitentes, quorum vita contemplatiua hic inchoata est in patria consummata. Quod homo contemplatiuus debeat esse spiritualiter fructuosus.

·A· Supra immediate dixit dominus quod homo ·c· vii· contemplatiuus valeat multos afferre fructus, de quibus in alia reuelacione dixit dominus. Homo in quantum existens in vita contemplatiua iam debuisset michi multos spirituales pepisse fructus, videlicet filios spirituales michi gignendo, multas animas de purgatorio liberando, et me spiritualiter multotiens generando. Debet in quantum esse et fuisse ita fecundus, mei ita capax et plenus ut ego ipse sepe velim me in anima eius parere et voluerim etiam multotiens pepisse, efficiturque posset ita fructuosius anime, quod me super terram valeat gestare.

Porro talis debet nuncios spiritus sancti bene agnoscere et iam habere ut possit eos multotiens emittere ad invitandum ad se spiritum sanctum. Deinde talem habeat noticiam quod ipse pluries in anima eius fiat et fecit patri celesti et filio eius nataliciam permagnum conuiuium, in quo ociosus est intellectus saginatus, et tanta deliciarum ac gaudiorum sit habundancia, quod exhinc anima eius fuit liquefacta et omnia corporis eius membra de anime [illegible] redundancia fuerunt dulcedine repleta. Amplius talis debet esse ita caritate vulneratus, quod pluries senciat cor suum tam spiritualis amoris, quam sagittis transsagittatum et totaliter vulneratum, ut per hoc tam vehementer flendo aspiret ut perueniat ad me deum quod mori non esset sibi terribile

sed optabile et vnice amare. Ideo tu quanto plus in vita
contemplatiua me cognoscis et apprehendis, tanto eciam
plus inflammaris et continue oportebit te plus quam
prius anxia pro me desideria habere. Itaque quia quando
tribuo me tibi et mentem meam dilatam contemplari de-
bes bene annotari quod numquam oculi tui possent saciari. ¶ Non
enim est quod multa sunt hic successiue posita precipue illa
que in prioribus sunt plenius expressa, et que debet habere
homo qui debet esse perfectus in vita contemplatiua, isto mag-
no perfectionis genere, quam duo valent hic designare
et quam potest diligens lector expressius eligere. Nam for-
sitan non omnia hec descripta sunt de necessitate perfectionis
simplicis sufficiencie que requirunt et debet esse in quolibet
vitam contemplatiuam agente, que appellatur perfectio — Nota de tribus perfectionibus
sufficiencie, sed requiruntur ad perfectionem habundancie et ex- — 3. es: sufficiencie, habundancie, excellencie
cellencie, quam hec sponsa domini ihesu christi perfecta habuit,
que singulas vite contemplatiue condiciones et perfecta-
tes in hoc tractatu tactas plenius percepit et perfecit,
non solum perfectiue quam hic scriptor eius descripsit, sed
eciam plenius que ipsa met de mandato domini expressit.
¶ Quanta vero et qualia in vita sua contemplatiua cog-
nouit, ille ut estimo solus nouit qui hec sibi reue-
lauit, qui eciam multa ei propter parte facta ne exprimeret
interdixit. ¶ Vnica. Dominus deus qui eam introduxit
in vitam contemplatiuam, locutus est ad eius animam, et
ostendit ei aliqua ad statum mundi, et aliqua ad statum
patrie pertinencia, ut patet perlegenti singula hic vsque
scripta. Quantum ad statum patrie ostendit ei sanctissimam
trinitatem, sanctorum gaudium et gloriam se in sua humanitate
et suam matrem, videlicet illuminata magnifice, quod omne sa-
piens et angeli sanctissimam personarum in diuinis non vale-
ant comprehendere, sed diuinitatem apprehendere trinitatem, cui
sit honor et gloria in secula seculorum Amen. ¶ Nota
hunc materie de vita contemplatiua deseruiunt specialiter
capitula in quinto libro vite c. xxv. xxvii. et xxviii.

Explicit tractatus quartus de vita contemplatiua

Sequitur tractatus quintus. De raptu.

Capitulum primum

Ostenditur que sit raptus descripcio et qualiter fiat spiritus
Quia in vita contemplatiua ab anima diuisio. Capitulum primum
templatiua domina Dorothea sponsa christi posita
fuit contemplacionibus perfecta et frequenter per excessum
diuine dulcedinis ac nimie exultacionis supra
se rapta et indicibiliter archanis introducta, Ideo nunc de
eius raptu consequenter est dicendum. ¶ Vnde raptus prout hic
capitur in proposito est mentis eleuacio a superiori diuino ab eo quod
est secundum naturam, ad id quod est supra naturam id est ad aliqua super-
naturalia cum abstractione a sensibus id est sensuum aliena-
cione. ¶ Propter huius descripcionis intellectum est sciendum, quod aliquis
in furiam propter nimiam egritudinem, et similiter aliquis arreptus
propter demonum potestatem patitur spiritus alienacionem, sed nulla
talis alienacio a sensibus dicitur diuina raptus quia non fit vir-
tute diuina ad aliqua supernaturalia sicut fit raptus hic descrip-
tus, In quo fit abstractio seu alienacio a sensibus id est se-
suum actibus propter diuinum, Iterum tunc quando fit huiusmodi rap-
tus tunc clauduntur sensus exteriores, ne possint sensibilia
actualiter percipere, ne per hoc mens hominis impediretur diuina
contemplari. ¶ Rapitur autem mens humana ad diuinam ve-
1. ritatem tripliciter contemplandam. ¶ Primo per similitudines
ymaginarias quando scilicet deus aut celestes spiritus, aut a-
liqua alia videntur per ymagines corporales, Isti ta-
men sicut in multis sunt prophetis, qui in extasi veritatem
quam deus voluit ei patefacere per similitudinem viderunt
2. ymaginariam. ¶ Secundo modo hoc fit per intelligibiles effectus
ut Dauid diuinam veritatem sibi diuinitus reuelatam contem-
platus est in mentis excessu Iuxta illud. Ego dixi in
excessu meo omnis homo mendax id est nullus homo est
verax ex se. Et hoc est extra se imprudenter cognoscere
in excessu glossa id est in extasi, Dicitur autem hic extasis, cum
mens cum pauore alienatur, sed aliqua inspiracione reuela-
3. cionis sursum assumitur. ¶ Tercio in raptu contemplatur
aliquis, et videt diuinam veritatem in sua essencia ut sanctus
Paulus et Moyses viderunt diuinam essenciam in de in
lumine glorie, secundum illud prophete. In lumine tuo domine

videbimus lumen. Hoc siquidem lumen glorie non infine
cis per modum forme firmiter manentis, sed per modum passio
nis faciliter transeuntis. Nec viderunt essentiam per aliqua fan
thasmata i. per aliquas species intelligibiles a sensibus per
mediantibus sensibus receptas. Sed protinus fuit ablata
actualis conversio ad fanthasmata ac sensibilia ablata, ne
eius conversio ad deum, et ne elevatio que tota fuit in primum
fuissent impedite. Primum quia bonum illud summum excedit
facultatem humane nature, et omnia creata in finem, ideo
non potest videri nisi in lumine glorie animam elevante supra
se, non per aliqua fanthasmata. Neque in visione aliqua
ymaginaria. Et ob hoc necessarium fuit tunc eorum intellectum a
fanthasmatibus et sensibilium perceptione fuisse abstractum
et totaliter alienatum. ¶ Porro etiam hoc est diligenter adverten
dum, quod raptus anime non fit per separationem anime a corpore. Sed
fit anima manente tamquam forma in corpore secundum doctores sa
cre theologie. Unde dicit dominus homini etc. Cum ad eterna ra raptus
pis et alte alienaris, non recipio animam tuam separans a cor
pore sed facio in anima tua celum i. tribuo tibi celeste gaudium
sed vinculo tibi carnali. ¶ Sane licet gloria in raptu cogno
vit multa que dici non possunt premissa et illorum que in rap
tu contemplata fuit. Aliqua primo modo, aliqua vero secundo
modo supra dicto cognovit multa que vite meo vidit ante cog
novit. Tertio modo, quia per multotiens eius spiritus deo in tanto fuit
unitus et ab omni creature effigie separatus. ¶ Ut autem
ut melius intelligatur qualiter fit raptus, est sciendum,
quod hominis anima in se secundum essentiam indivisibilis et uni
ca, duas dicitur habere partes, scilicet superiorem et inferiorem. Anima pro
ut est corporis forma dicitur pars inferior, prout vero ad opti
ma deputatur et in celestibus conversatur, aut ad superna
lia sublimatur dicitur spiritus et pars anime superior, que quando
que ab inferiore dividitur secundum illud apostoli ad hebreos iiii. Vivus
est sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio
ancipiti, pertingens usque ad divisionem anime et spiritus.
Spiritus quippe tunc ab anima dividitur, cum anima prout est pars
corporis forma, et inferior pars in ferinis dimittitur, et spiritus
id est superior pars anime ad spectaculum divine glorie subli
matur et in eandem ymaginem transformatur.

De hiis que sponse in raptu precedebant / capitulum ii

2 Consequenter videnda sunt que inherat ea fuerint
eius raptum precedencia / que concomitancia et
que sequencia / quo ad primum generaliter spiritus eius facile ab=
strahibilis in exercicio amabilis / vite contemplatiue in=
tra se recolligens et amoris igne inflammatus super se fer=
uenter eleuabat usque ad deum et transcendit omnia creata
et hoc ex tribus fiebat que ipsa dicebat / videlicet quandoque ex=
magnitudine inflammate deuocionis / seu dulcis dilecto=
nis · aliquando ex vehemencia magne amacionis · et aliquando
ex magnitudine intime exultacionis · Vnde dixit ei dominus
de beneficiis in raptu sibi factis admiranti / Cum inquit
mirificis consolacionibus tibi hec facta / que non facio ali=
cui nisi illi qui me diligit intense et desiderat magnifice /
ac mecum blanditur suauiter et amatorie / hunc dili=
go et ad ipsum veniens amplector animam eius que mox
pre nimio amplexu peruenit ad raptum / In quo tunc
iacet homo velud mortuus · non valens totum scire quod
sibi factum est tunc / Nam si totum sciret exanima pre nimia aspira=
cione exspiraret ¶ Porro quando raptus imminebat hoc
tali signo sponsa cognoscebat / Nam quando fuit in magna
dulcedine gaudio vel amacione et spiritu sancto instigante
vel domino iubente dixit sic · Domine ihesu xpe suscipe
animam meam ad te / aut sic · Domine ihesu xpe ego commendo
tibi animam meam / tunc statim cognouit se cito rapiendam
Illa enim verba vero dixit a seipsa absque spiritu sancto non instiganta
aut a domino non iussa ¶ Tempore post decorum iborum expressionem
solebant se appodiare aut ad scamnum reclinare / que per=
quam se inclinauit / si non cito rapta fuit · illico se erexit
et oracionem / meditacionem / aut contemplacionem inhesit / Quoniam in=
visibiles sunt delectaciones / et hominem supra se ipsum rapit / ce=
lestia aperit / et spiritualia mentis / oculis patefecit

Qualia fuerunt eius raptum concomitancia · capitulum iii.

Quo ad secundum scilicet concomitancia rapti quidem conco=
mitancia erant varia / Spiritus enim ab anima diuidebatur /
et deo intime profunde · intime proximudine copulabatur / Homo
regulariter omnium exteriorum obliuiscebatur / et aliquando non so=
lum eorum que interius gerebantur ignorauit sed prius

feruidi amoris tam intime domino ihesu vniebatur quod etiam nec
seipsam cogitaret. Spiritus autem eius rapiebatur super dominum dilectum
suum/ et corpus iacuit velud mortuum quo ad sensuali-
tatis actum/ quia vires inferiores .i. ipsius exteriores tunc abstrac-
tibus suis quieuerint et sopiti fuerint/ Ob hoc situs na-
turalis corporis plures nimium aggrauata defecit sicut hester
viso rege assuero in gloria sua corruit. Amplius quandoque
in raptu vno tempore diutius quam alio permansit. Nam quandoque
decem horis aut pluribus et aliquando regulariter paucioribus
horis quia decem eius spiritus in raptu suspensus permansit/
in quo ut fertur sydereas perlustrauit mansiones sanctorum
conspexit gaudia et iubilaciones. eorum processiones vidit/
et cantum suauem resonantem audiuit/ nunc admittebatur ag-
ni/ nunc ad cubile sponsi introducta/ suscepit domini am-
plexus et oscula. susurria et gaudia inestimabiliter
magna/ Ob hoc post reditum cor eius aliquando permansit
per integrum diem inquietum/ sicut expertus sum ipse/ quo
tota die suspirabat ad dominum in quo fuerat redux/
Rursus in imperio celi sollempnibus fuit honorabiliter sus-
cepta/ nouis vestibus induta. incepit conuiuium lo-
cuti. delicate refocillata/ optimo poculo spirituali inebri-
ata. nunc in innumerabilibus sanctorum ime cum cantabunt/ et ut
cum eis maneret inuitabant. nunc munera offerebant. va-
riaque alia ibi percepit beneficia. tam in visione intellectuali
quam ymaginaria. nam multociens non permittebatur
scire in specie qualia sibi facta sunt beneficia. sed dicebat
in genere quibus solebat dicere/ anima mea habuit
gaudia valde magna/ et sibi fuit ita bene ac si in vi-
ta fuisset eterna. Vnde dixit dominus cum animam quamquam ad
me traho. et iuxta in tam vnio/ tunc in consolacionibus
meis eam ita alte eleuo quod certior que in mundo erant
in cella sunt nullam habent memoriam nec aliquam creature
retinet ymaginem aut speciem/ semper perquam se conuertit
actualiter ad illius creature inspectionem seu cognitionem/ sed
quorum creaturarum oblita. me solum habet in memoria/ extunc
in sompno spirituali id est raptu inter animam et me dominum se-
cretum fit colloquium et delectabile susurrium/ aliquando can-
tus angelorum et aliquando aliorum sanctorum tam altisonus in

animabus anime sancte extitit quod per hoc de regione lucis redeunt et
emota sunt. De quo ista addo ad c. p. Dixit / Fili di-
lecti hac nocte audivi celeste canticum tam dulcisonum et gau-
diosum quod pro illo oportebit me omnibus diebus vite mee suspirare.
Revera si hic semper erimus miseri, hic debemus pro una bona die
nos libere passiones hic sustinere / cum valemus ad talia cantica
et sanctorum gaudium pervenire. · Qualia fuerint sancte raptum se-

^ corporis et
sollicitudine

Tercium s. sancte raptum sequencia mi quencia · c. iiii

Talia fuerint talia / quod raptus et in visione non deceptus
erat dilectus confitebantur quando dominus que sibi in raptu visa / nunc expo-
suit / nunc repetens / nunc ad memoriam eius reduxerunt / nunc
recognita ei per se fecit / et aliquando sic ait / Recordare quod hac
nocte in raptu in impetus bene refocillata et bene tractata
fuit / quomodo inebriata et quod accepit bona modo sibi large et
liberaliter erogata / bona ista apprehendit / anima tua in vita
eterna / que ei in raptu fuerint varia bona collata. Item aliquando
dixit. Hac nocte anima tua ~~fuit~~ fuit novis vestibus in-
duta / et ille fuerint ignee rubee nobiles et preciose / volita-
vit anima tua de uno cetu angelico in alium / et de uno
gaudio in aliud / Item frequenter qui largiter flevit et pre-
dicti adversa languidine aspiciunt dominus ei dixit / Hoc est bonum
signum / quod anima tua fuerit in vita eterna. Item alia vice
dixit. Iste magne lacrime sunt signum veridicum / quod ista noc-
te in raptu prope me fuit / et quod multa tibi fecerim bona
magna mecum habuisti gaudia / et quod varia tibi reve-
laverim mistica qui plateas celestis civitatis transivisti / ne-
ctarem pecisti et rorem celi sparge quem e celo tecum appor-
tasti. Porro domine alia sancte raptus dedit testimonia que
vide supra in libro vite capitulis. libro primo c. vi. b. et
libro vi. c. xiv. quasi per totum. Difficulter siquidem et cum
tristicia a raptu rediit / quia sibi valde amarum fuit quod ad-
huc separari non debuit / et quod debuit esse in tempore. Nam si
ibi desistantis stare ob hoc frequenter rediens habuit redeundi
desiderium / impaciens et inconsolabiliter flevit / alta suspiria
trahens / et labore tendentis nitebatur omnibus viribus
suis ad deum redire. Causa autem propter quam tam vehementer
desideravit laboravit redire / aliquando hec extitit quia sine
ymaginis impressione visio rediit. aliquando hec. quia non

contemplatione inebriata fuit. et aliquando hoc, quia valde fortis
predictum tracta fuit ¶ Certatim ferventer incensa caritate
ad bene agendum, sancte vivendum, deum et proximum dili-
gendum, ad peccata detestandum, ad vere penitendum, ad mun-
di et rerum temporalium contemptum, supernis desiderium, et ad
zelandum pro fide et iusticia et ut haberet fortitudinem et
paciam. discretionem et prudenciam, humilitatem et temperanciam.
Revera caritatis incendium multociens quando ad se rediit fu-
it tam magnum quod desideravit refrigerium, et hoc tam in
corpore quam in anima. Sunt sibi multociens in susceptione sacr-
enkrac prestiti, unde dictum vehementi incendio domini erat
ei predictum. Hoc inquit magnum fervoris et ardoris, non
oportet te assimulare alicui fervori et ardori quem
sancti mei in vita possident eterna. Unde illud attulit
anima tua. ¶ Rursus aliquando rediit cum magna energia,
cum sudore et nimia fatigatione corporis, et ingenti vi-
goratione mentis. aliquando caritate sublimata lympide
illustrata et zelo fidei induta, aliquando gaudiis et delicijs
tam plena quod anima eius liquefacta velle defluere videbatur,
et aliquando tot ~~meritis~~ bonis replebatur quod dominus ei dixit,
Ego in tuum beneficium exposui meum et faciam eius famu-
liam totam quod nulla eam valet amplius desiderare. Et
tu hec in te vitam etiam in deum et tempora es celum, hoc
quoque de vita eterna est signum ¶ Amplius quia in raptu
sibi fuit sepe propinatum, nunc dulce, nunc forte potulum, I-
deo quandoque inebriata activitate non contemplatione inebrian-
te, et aliquando inebriata activitate contemplatione inebriante.
Rediit in prima inebriatione per potum fortis degustatione
oportuit eam ex desiderio redeundi fortis flere, et va-
riis exerciciis hec antequam potulum forte potuit degerere et
sui potens voluit esse ¶ Iuxta secundam ebrietatem omnia
in ea mota exultatione movebant se prelicias et iocun-
ditatis plenitudine. Cor eius sepe solebat nunc pre gau-
dio et deliciarum magnitudine, nunc pre desiderii intensione
assidue saltare, et quia erat subtilis et assomata nulli
huius sentiendum, Ideo de facili elevabat anima sursum,
tunc habebat etiam fortis predictum, quem dixit ei, Illud potulum
et laboriosum fuit de vita eterna signum bonum ¶ Et addidit

quo ad salutis documentum in raptu preceptum / magna tue
bona de vita eterna / non possunt sine labore super terram
gestari v. manifestari ¶ Animus nam illa que ibi iam ap-
prehendit / anima tua non potest super terram gestare / nisi cum
labore / et nisi tibi prius fuit repetitum ante ¶ Postremo
quia in vanagloria redundat actione / nunc exulta / nunc exultet cu-
ritate procedente / que eam vulnerant / et ad statum eu-
karistie desiderium et esuriem saciatam / Ideo dominus
ei dixit / quod te a raptu dimitto / tu illico respicito in
quali sis dispositione / considera etiam attente qualia bo-
na tibi sint ante facta / ne qualiter in sacro eukaristie tibi be-
lim venire ¶ Hanc in ultimo anno vite sue habuit ge-
quod a raptu redijt de nocte / revelasset cognitione qua-
liter dominus ista die sibi in sacro eukaristie venire vellet / al-
teram illa per multos annos in raptu et a raptu rediens
habuit consolacionis beneficia / et cognitione ecclesiastica quo-
rum aliqua sunt humanitate in precedentibus iam scripta.
Specialiter de raptus materia aspiciantur capitula in tabula
libri vite sancte et in tabula libri sponse de festis in hac
dictione raptus notitia seu allegata

Explicit tractatus de raptu

Sequitur tractatus de perfectione vite christiane.

Perfectio vite christiane consistit in caritatis perfectione. c. j.

Cap. j.

Cum ad perfectionem quilibet in christiana vita de-
beat tendere et operam dare ut illam possit ob-
tinere veritate que ait. Matth. v. Estote per-
fecti sicut et ego perfectus sum. merito hic aliqua
ad perfectionem pertinencia et hijs in se velata consequencia sunt
dicenda. Consistit autem perfectio hominis essencialiter in pre-
ceptis / dispositive autem et instrumentaliter in consilijs /
Unde ante omnia debet homo servare precepta / precipue illa
duo. de dilectione dei et proximi / quibus proprie dicitur
Dilige dominum deum tuum / ex toto corde tuo. ex tota anima
tua / ex tota mente tua. et ex omnibus viribus tuis / et proxi-
mum sicut teipsum / In hijs duobus preceptis dilectionis pen-
det tota lex et prophete / quia legis plenitudo est dilectio /

que coniungit hominem deo / et est vinculum perfectionis secundum
apostolum dicentem. Ad colocen. iii. Caritas est vinculum
perfectionis ¶ Circa hoc tamen est sciendum quod duplex
est dilectionis perfectio que potest haberi in hoc seculo pro-
ut videtur sufficere in proposito / una est necessitatis et sufficien-
cie / Alia est privilegiate sanctitatis et excellencie ¶ Pri-
ma caritatis perfectio / non excludit semper a dilectione dei quod-
libet affectum extraneum / sed omnem affectum contrarium / non ad-
mittens quod aliquid diligatur eque cum deo / aut super deum /
vel contra deum / In dilectione vero proximi etiam non admittit ali-
quem affectum huiusmodi dilectioni contrarium / et ordinat dilectionis
affectum in omnes homines universaliter et in singulos spiritualiter /
et hoc facit cum etiam preparacionem / ita quod facit hominem para-
tum pro loco et tempore dilectionis opera exhibere / Et sine
hac caritatis perfectione. caritas non potest subsistere ideo
dicitur esse necessitatis et sufficiencie. De hac dixit dominus cuidam sancte anime
quod semper tantum diligis / hoc dilectione perfecta diligere. Et me i. perfecta
propter me. Post me / et meam in caritate bene ordinata ¶ Secunda
perfectio secunda, scilicet privilegiate sanctitatis et excellencie /
est aliqua dilectionis excellencia. sine qua vero dilectio
dei et proximi / potest reperiri et permanere / et est hec / omnia
vendere et precium venditionis pauperibus erogare / se propter
regnum dei castrare / hominem propter deum se totaliter subicere /
ut nudus castus et obediens sequatur voluntarie Christum
nudum castum / et patri obedientem usque ad crucis supplicium /
Hec etiam propter Christum pati ita ut ex magnitudine dilectionis
divine sequendo Christum cupiat homo contumelias et tribu-
laciones sustinere. inferentes diligere et pro eis oracionem specia-
lem facere / Sed et sua non solum propter fidem et iusticiam / sed
etiam propter proximi salutem exponere dicens cum apostolo ii. Cor.
xii. Ego autem libentissime ~~impendam~~ impendar et super-
impendar ipse pro animabus vestris. De illa secunda dilec-
tionis perfectione dixit dominus sancte / Ille perfectam dilectionem habet
quem esse desiderat passione et dolore plenus interius et
exterius. Cumque plenus passione fuit et unus aliquis ma-
turus ei compaciens ei dixerit / Si aliquid pati te opor-
tet / paciencius age et libencius sustine / tunc si tarde pri-
us respondendo dixit. Domine ego non habeo aliquam

persecutionem / utinam debeam aliquid pati propter dominum meum dilectum /
sed ego timeo me non esse dignum / videlicet ut patiar propter
ipsum tunc talis potest indicari quod perfectam habeat caritatem
Nam passio tribulationis et paupertatis professio est ita no-
bilis quod ea nullus dignus est / nisi ille qui benivole et
libenter vult et desiderat pati tribulationem vel pauperta-
tem propter me / nec debet de passione querulari ¶ Propter
hoc licet et consimilia precedunt et sunt extra caritatis habitu-
dinem et consequuntur dilectionis perfectionem / presertim si fi-
ant cum quidem necessitas non requirit / talia siquidem non
sunt in precepto extra necessitatem / nisi secundum animi preparationem
ut scilicet tunc impleantur quando necessitas requirit / Dixi autem quod
in consiliis perfectio dilectionis consistit dispositive et instru-
mentaliter. quia paupertas voluntaria castitas et obe-
diencia ieiuniorum media. vigilie. corporis labores / in scrip-
turis divinis meditatio et omnium facultatum privatio. non
perfectio / sed perfectionis instrumenta sunt ut dicitur per abbatem
Moysen in collacionibus sanctorum patrum. Collacione secunda
¶ Ordinantur tamen tam consilia quam precepta divine legis ad
caritatem perficiendam quamvis aliter et aliter / Nam precep-
ta ordinantur ad removendum ea que sunt caritati contraria
scilicet cum quibus caritas esse non potest / consilia vero ordinantur
ad removendum impedimenta actus caritatis que tamen
caritati non contrariantur sed possunt cum ea stare / ut sunt
matrimonium. copia divitiarum / occupatio secularium nego-
ciorum et huiusmodi / talia enim ingerunt homini sollicitudinem
actus caritatis quodammodo impedientem. Ideo dixit apostolus
1 Cor. vii. volo vos sine sollicitudine esse. *Deinde scripte*
2 *doctrine per quas homo dirigitur ad perfectionem vite instrumenta-*
De preceptis dilectionis *liter dispositive. Capitulum xi.*
in quibus vite christiane perfectio essencialiter consistit / suffi-
cienter est supra habitum in tractatu de caritate / Ideo
de consiliis item dicere non est necesse sed de aliis que ad perfectionem pertinent
instrumentaliter et dispositive. concomitative et consecutive.
consequenter et significative / nunc aliqua sunt dicenda
unde ut instrumentaliter et dispositive homo possit ad per-
fectionem aptari / ad hoc date sunt tales doctrine generales
1 prima. bona temporalia etiam iuste acquisita viro adversi

simplicitas necessitatis / non ad usum ornatus aut volupta-
tis sunt recipienda / Summe victus et amictus necessitas
absque omni vix reportatur ad me dominum debite cum corporis et
anime diligencia ¶ Secunda. homo debet diligenter advertere 2.
ut se custodiat ne suum desiderium habendi temporalia aut
consolaciones corporis ultra necessitatem crescat / sepe namque
repullulant alia necessaria que sunt superflua ¶ Tercia 3.
quod volens perfectus fieri post sensus suos exteriores diligenter custo-
diat cor suum ad nudam necessitatem assumat ab exterioribus
occupacionibus se separet / et animum suum alte sursum ad me
deinde elevet omnemque cogitatum suum in me proiciat ¶ Quar- 4.
ta. homo attente advertat ne retrocedat aut in mobi-
lis permaneat / sed ut progrediatur assidue satagat ¶ Quar-
to. homo qui longe est a me festinet ad me celeriter
venire. qui vero est prope, michi firmius studeat adherere
et se michi assimilare hoc signum est perfecti adhuc
conari ut michi similis fiat / et michi filius permaneat
¶ Quinta homo decepta bona estimata que tamen non sunt bona 5.
veritate aut certitudinaliter recedere velociter festinet et
ad vitam veraciter bonam celeriter accedat in qua de salute
sua securus fiat / et mori fiducialiter presumat ¶ Sexta doc- 6.
trina. homo volens michi servire et magnifice me habe-
re etiam efficere debet ut in comedendo debitum modum servet
et sicut sollicitus est ne nimis multum comedat / ita se
custodiat ne nimis modicum se reficiat / Nam quod necessitas
est homo pro licite accipere et facere, in comedendo / bibendo /
dormiendo / vigilando, loquendo, silenciendo, vacando
seu quiescendo et aliis consimilibus corporis necessitatibus / Tamen
dominum aut est ne quis in tantum de cibo et potu accipiat / ut in-
de dolorem gravamen aut ventris inflationem senciat
tepidus aut remissus in servicio meo / vel laude mea fiat
Nec etiam post refectionem corporis nimiam per cibo et potu men-
tis amittat situm et quietem. Sed valde temperare se refi-
ciat non quando sollicitudine quod ex temperancia deficiat / Na
ego volo omnem bene saciare et eius existere fortitudo ¶ Sep- 7.
tima doctrina capiatur in quinto libro vite. capitulo xvj et
quibus sequentibus. Item in libro de festis in festo Ascensio-
nis domini penultimo / vide de tribus comedentibus ...

p Per tres sorores simpliciter confitentes ostenditur quod confiden-
cia magna ad dominum sit habenda. c. iij

3. Confidencia
magna est ad dominum habenda et sollicitudo pro corporis indi-
gencia abicienda hoc enim dominus hic supra plures dixit et ad
confirmandam hanc doctrinam adiunxit in sequentibus. Tres erant
sorores filie cuiusdam confessoris spirituales, que quadam
die facta confessione et accepto sacro eukaristie consederunt
ut se continent ad inuicem. Ad quas insimul consedentes pater con-
fessionis ab altari recedens aspexit et vidit angelum preful-
gendum vestibus rubeis indutum de celo descendentem et
crinale de rosis rubeis in manibus quod super caput prime
sororis valde curiali adaptans collocauit ita blande et
amice, sicut sponsus ex sincera dilectione crinale impo-
net sponse sue. ¶ Vidit alium angelum valde splendidum
albis vestibus indutum de celo descendentem et crinale
de rosis albis in manibus habentem, et hoc consimili diligencia
capiti sororis secunde coaptauit et super caput eius cum mag-
na leticia collocauit. ¶ Ad terciam autem sororem confessor
aspiciens vidit dyabolum primo eius dorsum mensurantem
secundum longitudinem et latitudinem cum quodam
fossorio magnas partes terre scindens effodit et partes pre-
grandes effossas in gremium tercie sororis proiecit. ¶ Hijs vi-
sis non longe post hoc dictis sororibus surgentibus, pater
confessionis earum dixit, ad domum meam venite et mecum
mecum prandete. At ille acquieuerunt et secum come-
derunt. Facto prandio pater confessionis eas amice ammone-
bat ut quelibet earum cogitatum suum post sacri eukaristie per-
ceptionem sibi referret. Hoc ille audientes ammirabantur
quare hoc vellet. Et quia non audebant eius voluntati re-
sistere. ¶ Prima dixit mox post acceptionem sacramenti, ego
nichil aliud cogitaui nisi effusionem rubei sanguinis domini
mei ihesu christi. ¶ Secunda ait, ego autem nichil cogitaui nisi
mundissimam humanitatem filii dei, et quomodo illam ex virginia
castitate assumpsit et ex hoc homo factus ad nos venit.
¶ Tercia vero soror conturbata et quodammodo coacta dixit
ego eukaristie sacro accepto magnum frigus sum passa ob
hoc extiti sollicita unde vestes acquirerem, et me a fri-
gore preseruarem circa hoc omnes ptempus mee versabant

 cogitacio

cogitaciones/ Post hoc quia valde fortis esuries me vrgsit me
cepi sollicite cogitare vbi accipere vnde animam esurientem
saciarem/ cum in domo mea nichil ad comedendum aut bi-
bendum haberem/ ¶ Hijs auditis/ confessor eius hortatus
est primas duas ut suas cogitaciones scriptitarent/ terciam
vero ne sic deinceps sollicita esset/ sed domino consideret quod
eam miseratus non delinqueret eique necessaria preberet · De tribus
que perfectionem impediunt et aliquibus bonis que imperfec-
Recipiunt ad perfectionem vite comune sunt · Capitulum · iiij · ·4·
xpiane ut homo a se removeat specialiter illa que pene
impediri pt ne eius affectus totaliter intencium possit/ huius-
modi autem que impediri solent specialiter sunt tria · videlicet
licet cupiditas bonorum exteriorum/ concupiscencia sensibilium de-
lectacionum/ et complacencia propriarum actionum et voluntatum/
atque alia si qua sunt impedimenta redigunt hec per
donum consilio tamquam per bona instrumenta tolluntur · scilicet per
contemptum diviciarum et honorum/ per dimissionem carnis delecta-
cionum · per displicenciam propriarum actionum/ et functionem propriarum volun-
tatum ¶ Per primum homines qui volunt divites fieri incidunt
in desideria multa in temptaciones et laqueum dyaboli et
gloriam huiusmodi mundi a quibus preservant per voluntariam paup-
ertatem/ Ideo dixit dominus huic scilicet cum sibi esse perfectus ille
studeat esse nudus ab omnibus bonis temporalibus quemadmodum
ego sum/ qui celum sum ingressus/ Impedit eciam perfectionem
paupertatem nisi admodum ingreditur difficultatem perveniendi ad perfec-
cionem quibus fecerit ab hominibus exhibent reverencie et laudes
Vnde si quis se presens michi dimitteret seculum/ ego vellem
sibi prestare superfluens bonum meum · Sunt autem aliqui
qui bene vellent sequi viam meam libere/ sed utique volunt sibi aliquid
proprietatis reservare · Nam valde difficulter homines dimit-
tunt propter me omnia temporalia/ quia si uno propter me carebunt
alio carere volunt/ et sic se michi inde non offerunt/ et ideo
in via veniendi ad me se impediunt ¶ Per secundum scilicet concupiscenciam
delectacionum sensibilium perfectus cristianus impeditur · et homo
spirituali consolacione privatur · Vnde sic inquit dominus · multi
requirunt ad hoc ut homo sit perfectus debet mundo et sensua-
litati sue esse mortuus/ nec oportet te putare quod hominibus
dimittentem mensam requirentibus viam meam imponi sicut

tibi sum paratus / nec sunt multi qui meam exspectant consolacionem
si homines vellent perseverare unde corporalem consolacionem suffici-
entem valeant habere. Quare ergo consolarer eos / qui per
se sufficienter habent consolacionem. Quippe qui magnas sui cor-
poris perceperunt delicias / de deliciis anime per experienciam nichil
noverunt dicere. scilicet de cordis iubilo et consolacione ¶ Porro
homines qui in virtutum exercitacione corpori suo serviunt pre-
curam eius superfluam gerentes / ne ipsum corpus nimis
affligant / illos oportet me secum elongare. nec valent
ad aliquem altum perfectionis gradum cito pervenire / Et
dic flendo largiflue / Domine ihesu christe fili dei vivi
tu nosti quod ego creatura tua hic sedens promisso sum
sollicita / nec volo aliquid reginam esse / nec volo aliquid hic
nisi quod tu dextera tua largiflua michi dederis ordina-
re ¶ Hoc dicto dominus ait / michi sis grata / et anima
corporis libera ego tibi sufficientem volo tibi prius con-
solacionem ¶ Tercium scilicet quod homo in propriis actibus habens
complacenciam vel suam sequitur voluntatem retardatur
eciam cito venire ad perfectionem. Hoc dominus volens osten-
dere dixit hec addens quod homo sit prius regimini quod a se
ipso sit derelictus. se ipsum abneget et consiliis meis
acquiescat. Sane melius est homini quod multam propriam vo-
luntatem habuisset / ipsam voluntatem frangere non oportu-
isset nec confiteri quod sue in mixtus fuisset prudencie / aut
proprie voluntati ¶ Rursus monuit dominus ebrietatis
spiritus adducit perfectionem talis enim ebrietas facit homines
carnis consolaciones et bona temporalia non curare / proprie
voluntati renunciare / et post me dominum desideranter cu-
currere ac ei firmiter adherere ¶ Amplius volens ad per-
fectionem venire debet progredi et non stare. Et hoc dominus
tali declaravit similitudine / homo incipit qui iter de
uno loco ad alium itinerari talis non debet stare sed continue pro-
gredi quousque ad locum perveniat peregrinacionis sue.
Si autem ante terminum itineris alicubi fiens permanserit
ad vie sue terminum nunquam perveniet promtentum / Anima vero
pauci sunt qui continuum ad proficiendum et ad ascendendum
per gradus perfectionis habent conatum. ideo valde pauci sunt
qui eciam in fine multos annos perveniunt ad perfectionem

statum ¶ Sextus hectum q nulla bonorum exteriorum cupiditas
et plena ab omnibus corporis delectacionibus / non necessariis absti-
nencia ul' mundicia et perfecta obediencia. Hec tria perfici-
dentur exteriorum facta. Sunt perfectionis signa et imperfec-
cionis contentiva. Vn Aug' in libro lxxxiij questionum / q. hoc
xxvj. dicit. Venenum caritatis est cupiditas. Et Matth.
xix. Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da
pauperibus veni et sequere me / Hec sequela xpi plus
dz fieri mentis affectu quam corporis progressu / qui tulit crucem
suam et fuit obediens marie et ioseph. ac patri celesti usque ad
mortem / Huic concordat beatus Gregorius libro moralium vij°. ca°
xix. dicens / Sunt non nulli qui ad apprehendendum culmen
perfectionis dum altiora mentis appetunt exteriora cuncta derelinquunt /
qui rebus habitis se nudant gloria honoris se spoliant et
desideriorum mentium assiduitate se affligunt. de exterioribus
consolacionem habere nolunt / quibus Paulus dicit / Mortui
estis et vita vestra abscondita est xpo deo. Hec ille etc. ^in

De septem que perfectionem signant et sequuntur. Capitulum vj. ·q·

Perfectionem signant et sequuntur septem inter alia que
dominus hunc br° declarant. Primum est ex caritate
continue ferventer ardere / Secundum in studio puritatis men-
cionis habere / Tercio non sollicitari pro corpore / Quartum cor-
poris delicias abhorrere / Quintum animum pacatum in adversis re-
tinere / Sextum suarum cogitacionum dominium obtinere. Septimum
se ad infirmitatem et imperfectum reputare ¶ Quo ad primum ex cari- ·j·
tate fervente ardere breviter pertinet ad perfectionem antecedenter /
sed continue ferventer ardere est perfectionis signum et pertinet ad
eam consequenter / Nam quamvis perfectis in hac vita valent
vitare peccata mortalia et venialia grossiora / dummodo tamen
lege non valet assidue singula minora venialia vitare /
ydeo dixit dominus quod viri perfecti debent hac caritate fervente
ardentes cuius ardore possit lacrimas ferventes effundere / peccata
minimum deflere et delere / hoc enim est ei valde necessarium
et possibile ut animam suam in mundicia valeat custodire et in-
maculatam conservare ¶ Porro quando anima non fervente
ardet / aut non pure agit / tunc non velociter ad me dum currit /
ac per hoc quia cursus velocitatis impeditur aliqualiter
animam deformat ¶ Quo ad secundum inquit dominus / habenda 2

est puritas intencionis in omnibus hec tibi dictum quia pure
propter se in omnibus congaudent dominus et est signum perfectionis
Sane opera hominis michi impuritatis habencia in intencione
admixtam quamuis sint parua et exilia. attamen beniuole et
amicabiliter volo acceptare illa opera vero quantumcumque
magna cum aliqua impuritate facta non sunt michi ita
accepta sicut unum opus paruum ex magna caritate et sine
omni impuritate factum ¶ Rursus ait dominus homo debet
se custodire ab intencionis impuritate in operibus suis paruis
et magnis. Nam impuritas operum eciam paucorum impedit
celeritatem cursus ad deum hoc est quod homo non ita celeri-
ter ad deum currit sicut curreret si nulla impuritas operum
esset Quamquam autem opera impura paruis admixta cursus ad deum
impediant celeritatem. Attamen illa impura aliquam im-
puritatis peccati venialis habencia melius est esse facta quam
obmissa. et si sint de genere bonorum sunt continuanda et
non obmittenda. Nam continuans fideliter bona opera
potest gracia cooperante unum agere cum quo caritatis ardore
3 quod predicta parui fuerunt ¶ Quo ad tercium sicut dicit
Sed homines curam corporis gerentes ut ipsum sit mundum
et coram hominibus habeat odorem bonum nolentes interne
sua aliquid habere immundicie alicuius hominis offensiuam quod
tamen nesciunt de animabus suis an sint munde vel inmunde ta-
les non diligo quia fetent me coram me. Homines vero qui sin
corporis immundiciem et fetorem paciens ferunt michi ad lau-
dem eternam non gerentes aliquam curam nisi ut anime
sue obtineant mundiciam michique sint placentes et ac-
cepti tales coram me suauissimum spirant odorem Re-
cordare lazari ulcerosi plenum ad ianuam diuitis iacen-
tem corpus eius valuit esse suauis odoris nequaquam tamen odor
suauior ascendit coram me quam ab anime qui diligenter
seruit corpus suum a sordibus custodire ¶ Amplius dominus
te lazarum et respice alexium ad fragranciam suauis odoris
sentiunt ascendere de eius vestimentis que a servis eius
fuerunt accepta brodio perfusa. Ac gracia diuina in spiritu hec
vidisset quia sanctus alexius prius fuerat et dominus
sciens dominus ostendit ei gloriam quam sancto alexio perpe-
tualiter tribuit sempiternam et addidit. Dic ad c. tuum

Melius est nobis hic in tempore aliquem fetoris aut aliquid aliud
